σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ὐνεγκὼν
κοιμᾶν

κομῶν, δῖον ἔνθα τέκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ παρὰ
κεδνότατον ἐπιχθονίων, ὃς
καὶ
δαμόνεσσι δίκας ἐπείρα-
νε. τᾷ μὲν αὐτίθεοι
ἄριστον ἥβας,
ἥων τ' ἀρηΐφιλοι
παῖδες, ἀνορέᾳ
χάλκεον σθένος
τ' ἀμφέπον ὁμαδον·
σώφρονές τ' ἐχθρόν-
το, πινυσί τε θυμόν.
ζώοντι κῆ μακάρων ἐμέμναντ'
ἀγορᾷ, Ζεύς θ' ἅμ-
φὶ Θέτιος, ἀγλαός
τ' ἐρίσας Ποσιδᾶν, γάμῳ
ἄλοχον εὐειδέα θέ-
λων ἑκάτερος ἑαὺ
ἔμμεν'· ἔρως γὰρ ἔχεν.
ἀλλ' ἄ σφιν ἀμέργοισι τέλεσσαν εὐ-
ναὶ θεῶν πραπίδες,

διαίρεσις ιζ.

ἐπεὶ θεσφάτων ἤκουσαν. εἶπε
δ' εὐβουλος ἐν μέσοισι Θέμις
εἴνεκεν πανορμόν ἰὼ φέρ-
τερον γόνον ἀνάκτᾳ πατρὸς τεκεῖν
πόντιαν θεὸν, ὃς κέρασσε
τε κρίσσον ἄλκᾳ βέλος
διώξαι χερὶ, τριό-
δοντός τ' ἀμαιμακέτᾳ,
Διὶ μισγομένᾳ,
ἢ Διὸς παρ' ἀδελ-
φοῖσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν
παύσαντε. βροτέων
δὲ λεχέων τυχεῖσα,
ἥν τιν' αἰσιδέτᾳ θανόντα
ἐν πολέμῳ, Ἄρηϊ
χεῖρας ἐναλίγκιον,
ἐσσυμένοισί τ' ἀκμὰν ποδῶν·

τὸ μὲν

dormiebat *tecum*: diuinũ vbi peperisti Æacum grauistrepo patri, honoratissimum mortalium, qui etiam diis lites finiebat. Cuius quidem filii diis pares, & martiales nati natorum anteibant omnes fortitudine ad administrandum strepitum æneum lachrymosum: temperantes quoque fuerunt, & prudentes animo. Hæc meminerunt etiam cælitum concilia, quum Iupiter & Neptunus illustris contendens *erat*, *i contendebat*, de Thetidis nuptiis, vterque volens vxorem formosam suam esse. amor enim *eos* tenuit. sed immortales mentes non confecerunt ipsis coniugium,

¶ quoniam oracula audierãt. Dixit enim recte consulens Themis in medio eorũ, quod fato decretum erat marinam deam parere filium *futurum* regem præstantiorem patre, qui manu agitaret aliud telũ potentius fulmine, tridenteq; inexpugnabili, si *illa* concumberet cum Ioue, aut Iouis fratribus. Sed hæc quidem missa facite. Mortales vero toros adepta, filium intueatur interfectum in prælio, similem Marti manibus, vigore autem pedum *similem* fulguribus. At me-

um *diuinum numen statuit* Peleo Æacidæ dare munus honorarium *harum* nuptiarum, deorum fato decretum, quem piissimum aiunt Iaolci in campo educatum esse.

¶ Eant autem protinus nuncia ad immortale antrũ Chironis, neq; Nerei filia bis tradat nobis folia controuersiarum, sed vespera plenilunii soluat amabile frænum virginitatis sub heroe. Sic loquuta est compellans Saturnios dea at illi superciliis immortalibus annuerũt *dictis illius*. Nec fructus verborum periit. dicunt enim regem simul confectas curasse etiam nuptias Thetidis. & ora doctorum innotescere fecerunt iuuenilem virtutẽ Achillis iis, qui ignari erant *illius*. quod & Mysium campum vitiferum cruentauerit, aspergens atro sanguine Telephi:

¶ & pontem strauerit reditus Atridarum, Helenamque soluerit, Troianos neruos excindens hasta, qui ipsum auertebant quondam a pugna virorum interfectrice, opus *bellicum* in campo exercentem: Memnonem robore magnanimo præditum, Hectoremque, cæterosque eximios pugnatores. quibus Achilles princeps Æacidarum

indicans

τὸ μὲν ἐμὸν, Πηλέϊ θεόμοιρον ὀπάσσαι γάμον Αἰακίδᾳ γέρας, ὅντε δυσβίοτον φασ' Ἰαωλκοῦ πεδίον τραφέμεν πεδίον.

διαίρεσις ιη.

ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον αὖτις ἄγγελίαν μηδὲ Νηρέως θυγάτηρ νεικέων πίτναν ἐς ἐχθυαλιζέτω ἄμμιν. ἐν δ' ἀχρόμιδι δέσθω ἑαυτὸν δὲ ἑαπέραις, ἑᾷ τὸν λύοι κεν χαλινὸν ὑφ' ἥρωϊ παρθενίας. ὡς φάτο Κρονίδαις σὺν ἔποισι θεά. τοὶ δ' ἐπὶ βλεφάροις νεόσσων ἀθανάτοισιν. ἐπέων δὲ καρπὸς ἐκατέφθινε. φάντὶ γὰρ σωσαλέᾳ καὶ γάμον Θέτιος ἄνακτα, καὶ νέαν αὐδεῖξαν σοφῶν ὁμαρτ' ἀπείρατοι δρέπτειν Ἀχιλλέος, ὃν καὶ μύσιον ἀμπελόεν ἄμαξε Τηλέφου μέλανι ῥαίνων φόνῳ πεδίον.

διαίρεσις ιθ.

γεφύρωσέ τ' Ἀτρειδᾶν νόστον, Ἑλέναν τ' ἐλύσατο, Τρωΐας ἴνας ἐκβαμὼν δορὶ, τᾷ μιν ῥύοντό ποτ' ἐν μάχας ἀναμιμνήσκετο, ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσοντα Μέμνονός τε βίαν ὑπέρθυμον, Ἕκτορά τ', ἄλλους τ' ἀρίστους· οἷς δῦκε Περσεφόνας

μενύων

μανύων Αχιλλεὺς
ἔργοις Αἰακιδᾶν,
Αἴγιναν σφετέραν
τε ῥίζαν ἐφάνυε.
τὸν μὲν ἔτε θανόντ' ἀοιδαὶ
ἐλίπεντ', ἀλλά οἱ
παρά τε πυρὰν τάφον
Ἐλικώνιαι παρθένοι
ἔστασαν, ἐπὶ θρῆνόν τε πο-
λύφαμον ἔχευαν. ἔδο-
ξεν ἄρα σφι ἀθανάτοις
ἐσλόν γε φῶτα καὶ φθίμενον ὕ-
μνοις θεῶν διδύμων.

διαίρεσις ζ.

τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἑστυτεί τε
Μοισᾶν ἅρμα Νικοκλέους
μεθέπει πυγμάχου κελαδῆσαι,
γεγάρηταί τε μιν, ὃς Ἰσθμιον ὠλόπα
Δωρίων ἔλαχε σελίνων.
ἐπεὶ τοξοκτύπους
ἀνίκαστε δὴ ποτε
καὶ κεῖνος ἄνδρας, ἀφύ-
κτῳ χερὶ κλονέων·
τὸν μὲν ἐ κατελέγ-
χει κείσθ' ἡσυχᾷ
παγκρατέος ἀ-
λίκων τᾷ δὲ ἐν ἄρᾳ
ἀμφὶ παγκρατίου Κλεάνδρῳ
ἐλέκτω μυρσίνας
στέφανον· ἐπί νιν Ἀλ-
καθόᾳ τ' ἀγὼν σὺν τύχᾳ
ἐν Ἐπιδαύρῳ τε νεό-
ζωι πρὶν ἔδεκτο· τὸν αἰ-
νεῖν ἀγαθᾷ παρέχει.
ἔσαν γὰρ ὧν ἄπειρον ὑπὸ χει-
μῶ καλῶν θάμισε.

ΤΕΛΟΣ.

indicans domum Proserpinæ, Æginam, suamque stirpem illustrauit. Eum certe ne mortuum quidem carmina defecerunt: sed eius adstiterunt rogo, sepulchroque Heliconiæ virgines, & super *eum* lamentationem memorabilem fuderunt. Placuit ergo immortalibus strenuum virum, etiam mortuum, hymnis dearum tradere.

¶ Quare & nunc affert celebrationem, & cum alacritate properat Musæus, *i. Musarum* currus ad resonandum sepulchrum Nicoclis pugilis, honorandumque eum, qui apud Isthmum Dorica sortitus est apia: quoniam finitimos vicit olim & ille viros, ineuitabili manu concutiens. Eum profecto nō dedecorat eximii genus patrui, coætaneorum ideo aliquis nectat coronam myrti splendidam Cleandro ob *victoriam* pancratii siquidem eum Alcathoi certamen cum felici sorte, & in Epidauro iuuentus antea excepit: quem laudandum *cuilibet viro* strenuo præbet. pubertatem enim non expertem præclarorum *facinorum* sub latibulo consumpsit.

FINIS.

ΛΥΡΙΚΟΙ.

CARMINVM POETARVM nouem, lyricæ poeseos principum, fragmenta.

ALCÆI,
SAPPHVS,
STESICHORI,
IBYCI,
ANACREONTIS,
BACCHYLIDIS,
SIMONIDIS,
ALCMANIS,
PINDARI.

Nonnulla etiam aliorum.

Cum Latina interpretatione, partim soluta oratione, partim carmine.

Apud Hieronymum Commelinum, Elect. Palat. typographum.
ANNO cIↃ IↃ xcIIIX.

WBP
Opole

ILLVSTRIBVS VIRIS
MARCO & IOANNI FVGGERO,

HENR. STEPHANVS.

SALVERE fratrum par iubeto nobile
Germanicorum, barbite.
Saluere fratrum par iubeto nobile,
Charum nouem ſororibus,
Nouem ſorores quod viciſſim deperit.
Queis tres ſorores hoſpitæ,
Tribusve qui ſunt hoſpites ſororibus,
Et intimi ſodalium.
Hi ſi tuliſſent Ilio quondam pedem,
Præoccupaſſent Nireo
Chii poetæ ſplendidum præconium.
Sed oris eius gratia
Seris merebat ſi cani nepotibus
A vate vatum principe:
Quanto mereret grandiore ſpiritu
Vultus ſonari dignitas,
Qui cum benignis atque cultis moribus
Conſpirat apto fœdere?
Quid quum rotundo ab ore lata profluunt
Orationis flumina?
Quæ ſi ſemel quis auro forsan hauſerit,
Purgata quæ ſit & teres,
Sic detinetur illecebroſis aquis,
Vt ebrius fiat prius,
Sedare poſſit æſtuoſi gutturis
Quam peruicaces impetus.

Quis in labellis lacteis naſcentium
(Sonos ob oris mælleos)
Apes, relictis dulcis Hyblæ collibus,
Finxiſſe non iuret fauos?
Arguta cui non luſcinia putabitur,
Cui non auis Cayſtria
Canoritatis in tenellis oribus
Fudiſſe prima ſemina?
Pro lacte quis non dixerit nutricium
Suxiſſe nectar vbere?
Quos perlubenter filios agnouerit
Suadela, quos Cyllenius
Suo lubenter mentiatur ſemine
Satos, deus facundiæ.
At floruere (quis neget?) facundia
Seclo priore plurimi.
Sed multilingui non fatebor antea
Lepore ſic affabiles
Ad clara ſolis prodiiſſe lumina,
Qua ſurgit, aut qua labitur.
Mirantur omnes Attici Demoſthenis
Horrenda linguæ fulmina:
Nec roſtra quondam Tullii linguæ minus
Erant tonanti conſcia.
Sed ille ſermone eloquens vernaculo,
In cæteris infans erat:
Hic præter illum Romulo notum & Remo,
Callebat Atticos ſonos.
At hoſce fratres audiat ſi Tullius,
Loqui Latine quum libet,
Credat Latinos, hoſpites Germaniæ.
Sin Thuſca verba funderent,

Petrarcha quæret cur procul penatibus
Cælo fruantur extero.
Hos ſi Marotus noſter audiat ſonis
Confabulantes Gallicis,
Faſtidietur aula regis protinus,
Et hos magiſtros præferet
Leporis omnis & ſalis, quo Gallicus
Præ cæteris ſermo nitet.
At quum iocantur mollibus facetiis,
Hiſpana quas tellus parit,
Hiſpanus omnis autumat te fratribus,
Caſtella, patrium ſolum.
Sed & lepores quos dedit gens Cecropis
Per ſcripta ſparſos plurima,
Hos iuuit annis in tenellis carpere,
Iuuatque nunc in fortibus.
Qui nuper ergo ſciſcitabar anxius
Quis dignus hoc libellulo
Futurus eſſet (quo venuſtas & decor
Refulget antiquæ lyræ)
Nunc erubeſco tantulo munuſculo
Tantos morarier viros.
Sed fallor, an præpoſterus ſubit rubor?
Nam ſi poetas ſingulos,
Quorum ſonantes audiuntur hîc lyræ,
Orci tenebris excitos,
Illi ſodales & lubenter hoſpites
Conſtat futuros protinus,
Cur non fauillas ignium rogalium
Hac excipi decet domo?
Valere fratrum par iubeto nobile
Germanicorum, barbite.

ALCÆI VITA, EX Greg. Gyral.

ALcæus fratres duos habuit, alterum quidem Cicin, alterum vero Antimenidem, quem Babyloniorum socium, vt scribit Strabo, appellare erat solitus: & certamina magna confeciſſe dictus, ipſosq; ex maximis periculis liberaſſe Eſt in hiſtoriis proditum, Pittacum ab Alcæo multis contumeliis & conuitiis laceratum. Nam (vt eſt ab Ariſtotele literarum monumentis relatum) quum Alcæus & frater Antimenides patriæ exercitui duces præeſſent, ipſis a ciuibus abrogatis, imperium & eius ſumma eſt Pittaco tradita. quam rem iniquiore animo tulit Alcæus. remq; ipſam in ſuorum carminum locis pleriſque aperte oſtendit. Dionyſius hiſtoriam ita ipſe recenſet, Pittacum, inquit, dictatorem (ſic enim quem illi αἰσυμνήτην, interpretatus eſt) Mitylenæi creauerunt: vt contra exules eos, qui patriæ cum Alcæo nobili poeta erant, confligeret: quare non mirum videri debet ſi cum illo perpetuas inimicitias exercuit. nam & illum, vt refert Laertius, interdum σαυρόποδα & σάραπον, quod latipes eſſet, & pedes traheret, & χοιροπόδην nuncupabat, quod ſciſſuras in pedibus haberet, qua Græce χοιράδες & ῥαγάδες appellantur, Laertio & Phauorino teſtibus. Γαύλῳ vero, quod fruſtra intumeſceret & ſuperbiret. Item φύσκωνα & γάστρωνα, quod pinguis eſſet. ζοφοδορπίδην autem, quod ἄλυχνος, id eſt, non ſine lucerna videret. Porro & ἀγάσυρτον, quod de ſe male audiret & ſordidus eſſet. Atq; huiuscemodi Alcæus conuitiis & maledictis Pittacum eſt inſequutus. Quare quum captiuus in ipſius Pittaci manus veniſſet, vt eſt apud Valerium Maximum, illum quidem impune abire permiſit: tantum admonuit quid in opprimendo poſſet. Heraclitus vero illi dixiſſe ait, veniam longe ſupplicio meliorem. verbum vtiq; ſopho. id eſt ſapiente, dignum: & vel hoc ipſo dignus vt inter ſeptem ſapientes connumeretur. Sed enim non Pittacum ſolum Alcæus eſt inſectatus ſed & Myrſilum, & Megalagyrum, & Cleanthidem, alioſq; nonnullos, qui in patria tyrannidem per impotentiam exercebant. vt tradit Strabo. Commodius ergo, inquit Piſo, ô Pice, Quintiliani verba exponemus, quum Alcæum ait tyrannos inſectatum eſſe. Cui ego, Equidem recte Piſo doces: ſed paulo poſt tu ipſius Quintiliani verba recenſueris. Graci Staſiotica Alcæi quadam

dam opera vocant, quæ vos Latine ſeditioſa dicere poteſtis. Meminit & de his Strabo, in quibus ſcilicet de patriæ ſeditionibus inteſtinisq; diſcordiis a tyrannis oppreſſa agebat: quo etiam carmine nauigationem ſuam & bella deſcripſit. quod & Acron teſtatur & Horatius, quum ita cecinit,

Et te ſonantem plenius aureo
Alcæe plectro dura nauis,
Dura fugæ mala, dura belli.

Herodotus memoriæ monumentis mandauit, eo tempore quo Mitylenæi cum Athenienſibus pugnarent, victoriaq; penes hoſtes eſſet, Alcæum abiectis armis aufugiſſe: quæ ab hoſtibus collecta, in templo Palladis ſuſpenſa fuere. idq; ex ipſius verſibus ad Menalippum facile cognoſci. quam tamen hiſtoriam vt parum fideliter ab Herodoto expoſitã Plutarchus retulit in eo qui inſcribitur De Herodoti abuſione ſeu malignitate: (ſi recte ſic cacoethia interpretatur.) Hiſtoriæ veritatem ſequuti ſunt, Strabo, Laertius & Suidas. At vero in muſicis & in arte modulandorum carminum peritiſſimum fuiſſe Alcæum, præter Græcos & Attilius Donatianus apud Latinos ſcribit. ideoque Horatium in quibusdam ait duriorem videri, quod Alcæum haud recte ſemper ſit imitatus: vt in illo,

Lydia dic, per omnes
Te deos oro, Sybarin cur properes amando Perdere.

Fuere & alii præter hunc Alcæi nomine: inter quos, &c.

DIONYSII HALICARNASSEI ſententia de Alcæi carminibus.

Alcæi autem conſidera ingentem ſpiritum, & breuitatem & ſuauitatem cũ vehementia: præterea vero figuratam orationem cum perſpicuitate: niſi ſi qua in parte dialect' ei damnũ aliquod attulerit. Ante oĩa autẽ conſidera politicorum negotiorũ affectus.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ Αλικαρνασσέως γνώμη περὶ τῶν τοῦ Ἀλκαίου μελῶν.

Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βαρὺ καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ τοὺς σχηματισμοὺς μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῇ Αἰολέκτῳ τὴ κεκράκωται· καὶ πρὸς ἅπασι τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἦθος.

QVINTIL. LIB. X.

Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur qua tyrannos inſectatur: multum etiam moribus confert. In eloquendo quoq; breuis, & magnificus & diligens, plurimumq; Homero ſimilis. ſed in luſus & amores deſcendit, maioribus tamen aptior.

ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

ΥΕΙ μὲ ὁ Ζεὺς, ἐν δ' οὐρανῷ μέγας
Χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
Καββαλὲ τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν πυρὶς
Πῦρ, ἐν κίρναις οἶνον ἀφειδέως
Μειλιχὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσαι
Μαλθακὸν ἀμφὶ γνόφαλλον. *

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Πίνωμεν. τί φλύχνον ἀμμένομεν; δώκτυλος ἀμέρα.
Καδδὲ δ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις, ὦ τὰ ποικίλα. *
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικηδέα
Ἀνθρώποισιν ἔδωκ'. ἔξχει κίρναις ἴνα ⁘ δύο
Πλείας. κἀκκιφάλας δ' ἀτέρῳ πὰν ἐτέρων κύλιξ
Ὠθείτω, ἴνα τὰς δύο ὕδατος τὰς τρεῖς ἀκράτω. *

Παρὰ

ALCÆI CARMINA.

APVD ATHENÆVM.

PLuit Iupiter, & in cęlo magna Tempestas, concreueruntque aquarum fluxus.
Exturba hyemem, imponens Ignem, infundensq; vinum non parce, * * *
Suaue. * * *

HORATIVS.

Vides vt alta stet niue candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
Sylua laborantes, geluque
Flumina constiterint acuto.
Dissolue frigus, ligna super foco
Large reponens: atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.

Apud eundem Athenæum.

Bibamus. cur lucernam expectamus? digitus dies.
* * * * * * * *
Vinum enim Semelæ & Iouis filius (quod obliuia dolorum inducit)
Hominibus dedit. Infunde miscens vnum & duos *
Plenis. & ex capite alter calix alterum
Extrudat, vnam ad aquæ *mensuram* duas addens meraci,

Apud

Apud eundem.

Irriga pulmones vino: astrum enim exoritur.
Tempus autem anni graue, omnia qi sitiunt præ æstu.

Apud eundem.

Nunc oportet inebriari, & aliquem bibere inuitum.

Apud eundem.

Nullam aliam seueris arborem prius vite.

HORATIVS.

Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem.

Apud eundem Athenæum.

Non oportet malis animum dedere
Nihil enim proficiemus si mœrore nos affecerimus,
O Bacchi sed remedium præstantissimum est,
Vinum afferentes inebriari.

APVD HERACLIdum Ponticum.

Alius enim hinc fluct⁹ voluitur.
Alius inde: nos autem in medio cum naue
Agitamur atra,
Cum magna conflictantes tempestate.
Nam pelagus ipsam mali basin occupat,
Et linteum omne iam cuanidū,
Ac plurimæ laceræ partes in eo:
Laxantque se ancoræ.

SIC HORATIVS,

Et malus celeri saucius Africo
Antennaque gemant? ac sine funibus
Vix durare carina

Possint

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Τέγξει πνεύμονας οἶνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον ἐπιτέλλεται.
Ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, πάντα δ' διψᾷ ὑπὸ καύματος.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Νῦν χρὴ μεθύσκεν, καί τινα πάσεως βίαν πίνειν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλου.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπειν.
Πρηκτὸν γὰρ ἐδὲν ἀσάμβροι,
Ὦ Βακχὶ φάρμακον δ' ἄριστον,
Οἶνον ἐνεικάμενοι μεθυσθῆναι.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΡΑΚΛΕΙδῃ τῷ Ποντικῷ.

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
Τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἐν τὸ μέσσον ναῒ
Φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
Χειμῶνι μεγάλῳ πιεζόμενοι.
Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλῳ ἰσοπέδαν ἔχει,
Λαῖφος δ' ἤδη τῶν ἄκλων ἄδη,
Καὶ λακίδες μεγάλαι κεῖ' αὖθι.
Χαλῶσι δ' ἄγκυραι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Τὸ δὴ εὖγε κῦμα τῷ προτέρῳ νεομωσίχῳ, * *
Παρέξει δ' ἄμμι πόνων πολλὼ ἄντλιον.

ΠΑΡΑ

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι

Αργαλέον πενίᾳ κακὸν, ἄχθος ἀμείζαν
Δάμιητοι λαὸν, ἀμηχανίᾳ σὺν ἀδελφεᾷ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΧΟΛΙΑ γράψαντος εἰς Πίνδαρον.

Ὡς γὰρ δή ποτε φασὶν Αριστόδημον ἐν Σπάρτᾳ λόγον οὐκ ἀπέλαμπον εἰπεῖν, Χρήμαθ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δὲ ἀδὴς πέλετ' ἴσλος, ἀδὲ τίμιος.

ΤΟ ΕΞΗΣ ΣΚΟΛΙΟΝ

οἱ μὲν Αλκμᾶνα φασὶν εἶναι. οἱ δὲ Σαπφοῦς, οἱ δὲ Πραξίλλης τῆς Σικυωνίας, ὡς φησὶν ὁ Εὐστάθιος.

Αδμήτου λόγον ὦ ἔταιρε μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,
Τῶν δειλῶν δ' ἀπίχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἑξῆς σκολίων γραψάντων ἀμφισβητεῖται.

Εἶτ' ἐξίω, ὁποῖός ποτ' ἔσσι ἴδω τὸ σῆμα δειλόντα, ἐπίσχω τὸν νοῦν ἰδόντα, κλείσαιμι πάλιν, ἀνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλῳ φρενί.

Ἄλλο.

Ὁ δὲ καρκῖνος ὧδ' ἔφη, χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβών,
Εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον ἕμμεν, καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

Ἄλλο.

Possint imperiosius
Æquor? non tibi sunt integræ lyntea.

APVD STOBÆVM.

Graue paupertas malum, intolerabile: quæ magnum
Domat populum cum perplexitate sorore.

APVD AVTOREM scholiorum in Pindarum.

Vt enim quondam aiunt Aristodemū apud Spartam dictum non inefficax protulisse Pecuniæ *sunt* vir: pauper autem nullus est strenuus, neque in pretio.

SCOLIVM SEQVENS alii Alcæi, alii Sapphûs, alii Praxillæ Sicyoniæ aiunt esse, vt tradit Eustathius.

Narrationem de Admeto, ô sodalis, compertam habens, strenuos ama,

Ab ignauorum autem *consortio* abstine: sciens ignauorū paruam esse beneuolentiam.

Itidem de autoribus sequentium scoliorum dubitatur.

Vtinam liceret, qualis esset quisque, vbi *quis eius* pectus discidisset, deinde mentem conspexisset, clausissetque rursum, virum amicum existimare non doloso animo.

Aliud.

Cancer autē ita loquutus est, quum serpentem chelis prehendisset. Necesse est vt sodalis rectum sequatur, & non obliqua voluat animo.

Aliud

Aliud.

Pallas Tritonia regina gubernā hanc ciuitatem & ciues sine doloribus & seditionibus mortibusq; immaturis. tuque & pater diuitiarum mater Olympia cibū Cereris coronigeris in Horis, filia Iouis Proserpina salue, & hanc recte administrate ciuitatem.

Aliud.

Apud Delum quondam peperit Latona filium Phœbum auricomum regem Apollinem, ceruorumque iaculatricem venatricem Artemin, quæ mulierum magnum habet principatum.

Aliud.

Ion Pan Arcadiæ inclytæ dominator, saltator Bromie, Io Pan ad mea gaudia cane carmina exultans. Vicimus vt volebamus, & victoriam donarunt dii, afferentes a Pandroso ad charam Mineruam.

Aliud.

In myrti ramo gladium gestabo, vt Harmodius & Aristogitō, quando tyrānum occiderunt, & Athenas æquabili iure vti fecerunt. Charissime Harmodie, nōdum es mortuus, sed in beatorū insulis te aiunt esse, vbi est celeripes Achilles, aiunt etiam esse Tydiden strenuum Diomedem. In myrti ramo gladium gestabo, sicut Harmodius & Aristogiton, quum in sacrificiis *quæ fiebant* Mineruæ, virum tyrannum Hipparchum

Ἄλλο.

Παλλὰς τριθηγύφα αὔναξ ὄρθου τλώδε πόλιν τε καὶ πολίτας ἄτερ ἀλγέων τε καὶ στάσεων, καὶ θανάτων ἀώρων. σύ τε καὶ πατὴρ πολύτου μᾶτερ Ολυμπία, εὐ δώδιλε Δήμητερ στεφανηφόρις σὺν ὥραις τε, παῖ Διὸς Φερσεφόνη χαίρετον. εὖ δὲ πόνδε ἀμφίεπτον πόλιν.

Ἄλλο.

Εν Δήλῳ ποτ' ἔπεκτε παῖδα Λατὼ Φοῖβον χρυσοκόμαν ἄνακτ' Απόλλωνα, ἐλαφηβόλον τ' ἰοχεαίραν Αρτεμιν, ἃ γυναικῶν μέγ' ἔχει κράτος.

Ἄλλο.

Ιὼ Παὼ Αρκαδίας μειδέων κλεεννᾶς, ἀρχηστὰ βρόμιε, Ιὼ Παὼ, ἐπ' ἐμοῖς εὐφροσύναις τοῖς ἀοιδαῖς ἄεισδε κεχαρημένος. σὺν ἐκήσαμεν γὰρ ὡς ἐβουλόμεθα, καὶ νίκην ἔδοσαν θεοὶ, φέροντες παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλαν Αθηναν.

Ἄλλο.

Εν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Αρμόδιος καὶ Αριστογείτων, ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ' Αθήνας ἐποιησάτην. φίλταθ' Αρμόδι' οὔπω τέθνηκας. νήσοις δ' ἐν μακάρων σε φασὶν εἶναι, ἵνα περ ποδώκης Αχιλεύς, Τυδείδην τε φασὶ τὸν ἐσθλὸν Διομήδεα. Εν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Αρμόδιος καὶ Αριστογείτων, ὅτ' Αθηναίης ἐν θυσίαις ἄνδρα, τύραννον Ἵππαρχ-

χον

χὼν ἐκφανέτω. ἀὼ σφῶν κλέος ἔστετ᾽ αἰὲν κατ᾽ εὖαν φίλταθ᾽ Ἁρμόδιε κὴ Ἀριστογείτων, ὅτι τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ᾽ Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Ἄλλο.

Εἴθε λύρα καλὴ χρυσείμα ἐλεφαντίνη,
Καί με καλοὶ παῖδες φορεῖεν Διονύσιον ἐς χορόν.
Εἴθ᾽ ἄπυρον καλὸν χρυσείμα μέγα χρυσίον,
Καί με καλὴ γυνὴ φορείη καθαρὸν θεμένα νόον.

Ἄλλο.

Πόρνη δ᾽ βαλανεῦς ζωτὸν ἔχουσ᾽ ἐμπεδέως ἔθος,
Ἐν ζωτᾷ πύελῳ τόντ᾽ ἀγαθὸν τὸν τε κακὸν λόεν.

Ἄλλο.

Σοὶ μὲν πῖνε, σοὶ ἥβα, σοὶ ἔρα, σοὶ συστεφανηφόρει,

Σοὶ μὲν μεμνόμαι μένεο, σοὶ σάφρονι σωφρονέω.

Ἄλλο.

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος ὢν ἐτύφλε τὸν δύστανον.
Φράζεο μή σε βάλῃ. τῷ δ᾽ ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

Ἄλλο.

Ἅς τὸν βάλανον τὸν μὲν ἔχω, τὸν δ᾽ ἐρατὸν λαβεῖν.

parchum interfecerunt. Semper gloria vestra erit per terram, chariſſime Harmodie, & Ariſtogiton, quia tyrannum occidiſtis, & æquabili iure Athenas vti feciſtis.

Aliud.

Vtinã lyra pulchra forem eburnea.
Et me pulchri pueri ferrent ad Dionyſiacum chorum.
Vtinam pulchrum eſſem ingens aurum, ignem non expertum,
Et me pulchra mulier geſtaret, puram quæ induiſſet mentem.

Aliud.

Meretrix & balneator eundem habent perpetuo morem,
In eodem ſolio & probum & improbum lauat.

Aliud.

Mecum bibe, mecum pubertatem tranſige, mecum eſto amator, mecum corollas geſta.
Quum inſaniam, vna mecum inſani: quum ero mentis compos, mentis mecum ſis compos.

Aliud.

Sub omnem lapidem ſcorpius ô ſodalis ſubrepit,
Caue ne te feriat. Id enim quod eſt in tenebris, adiunctum habet omnem dolum.

Aliud.

Sus glandem, aliam quidem habet, aliam autem optat accipere:

Ego

Ego quoque puellam pulchram, aliam quidem habeo, aliam autem cupio accipere.

Aliud.

E terra oportet explorare nauigationem,
Si quis poſſit, & induſtriam habeat,
At poſtquam in alto fuerit,
Eo *vento* qui adeſt currere eſt neceſſe.

APVD ARISTOTELEM
Rhetoric. lib. 1.

Alcæus dicit,

Volo tibi quidpiam dicere, ſed me prohibet pudor.

Sappho reſpondet,

Si te cepiſſet bonarum rerum aut honeſtarum deſiderium, nec lingua tua trepidaſſet aliquid improbum prolatura, pudor profecto oculos tuos non occupaſſet, ſed loquereris de re iuſta.

APVD PLVTARCHVM
Sympoſ lib 3.

Teſtatur autem Alcæus, iubens infundere vnguentum capiti multa paſſo, & cano pectori.

Apud eundem in libro de cupiditate diuitiarum.

Pulchrum eſt enim vna cum voluptatibus ſimul deficere cupiditates, quas neque virum neque mulierem effugiſſe dicit Alcæus.

APVD

Καὶγὼ παῖδα καλὸν τὸν μὲν ἔχω, τὸν δ᾽ ἐρατὴν λαβεῖν.

Ἄλλο.

Ἐκ γᾶς χρὴ καλῶς πλέειν πλόον,
Εἰ τις δύναιτο· καὶ παλάμαν ἔχοι·
Ἐπὶ δ᾽ ἂν πόντῳ χρύσηται,
Τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΙ
ἐν τῇ τῆς ῥητορικῆς α.

Ἀλκαῖος λέγει,

Θέλω τί τ᾽ εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.

Σαπφὼ δ᾽ ἀποκρίνεται.

Αἰ δ᾽ ἴκες ἐς ἐσλῶν ἵμερον ἢ καλῶν, καὶ μήτ᾽ εἰπεῖν γλῶσσ᾽ ἐκύκα κακόν, αἰδὼς κέν σε οὐκ ἔχεν ὄμματα, ἀλλ᾽ ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡΧΩι,
συμποσιακῶν βιβλ γ.

Μαρτυρεῖ δὲ Ἀλκαῖος, κελεύων καταχεῖσθαι μύρου καὶ ζῆς πολλὰ παθοῖσης κεφαλᾶς, καὶ τῶ πολιῶ στήθεος.

Πρὸς τῷ αὐτῷ ἐν τῷ περὶ φιλοπλουτίας.

Χαλεπὸν γὰρ ἅμα ταῖς ἡδοναῖς συνεκλιπεῖν τὰς ἐπιθυμίας, ἃς μήτε ἀνὴρ φησὶν Ἀλκαῖος ἀφυγεῖν, μήτε γυναῖκα.

ΠΑΡΑ

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΦΑΙ-
στίωνι.

Ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν
Λαβὼν τῶ ξίφεος χρυσοδέτου ἔχων.

Παρὰ τῶ αὐτῶ.

Ἦ ῥ' ἔτι Δινομένει τῶ τυραννίω πάρμεν. λαμπρὰ κέαται ἐν μυρσινήᾳ.

Παρὰ τῶ αὐτῶ.

Κύκνος δὲ παρὰ ποσὶ πρὸς δόμους ἐλήλυμεν.
Τοιῶδε φωτὸς πρὸς δόμους ἐλήλυτε.

Παρὰ τῶ αὐτῶ.

Ἐμὲ δειλαὼ, ἐμὲ πασᾶν κακαθάτων πόσ' ἔχοισαν.

Παρὰ τῶ αὐτῶ.

Δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Παρὰ τῶ αὐτῶ.

Νύμφας τᾶς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμένας.

Παρὰ τῶ αὐτῶ.

Κερκίδα βασιλῆος γλῶς Αἴαν τὸν ἄμεργον πόσ' Ἀχιλλέα.

Παρὰ τῶ αὐτῶ.

Ἐκ μ' ἐλάσας ἀλγέων.

Παρὰ τῶ αὐτῶ

Χᾶρε Κυκλάδων ὁ μέδων· σὲ γάρ μοι

* *

APVD HEPHÆstionem.

Venisti ex finibus terræ, eburneum
Manubrium ensis auro reuinctũ habens.

SAPHVS

SAPPHVS VITA, EX LILII Greg. Gyraldi dialogo IX, De poetarum historia.

NVnc iam de Sappho loquamur, quam sic laudat Strabo, vt ei similem nullam fuisse, ne in minima quidem poetices parte, asserat. quod idem Eustathius in Dionysii commentariis affirmat. Fuit hæc Scamandronymi ex Cleide vxore filia, alii, vt Suidas ait, Simonis dixere, alii Eunomini, seu Euemenis, alii Erigyi, seu Eucryti, alii Semi, alii Camonis, alii (vt omnium opiniones vobis afferam) Etarchi. Obtinuit tamen vt a pluribus Scamandronymi credatur. quos Herodotus in historiis sequutus est. Fratres vero tres habuit, Larychum, Eurygium, & Charaxum: e quibus Larychum suis versibus celebrauit, atq; in primis quum vina in Prytaneo Mitylenæis administrauit: quod & scribit Athenæus. At vero Charaxum valde vituperare erat solita, quod Rhodopen meretricem olim Æsopi Phrygii fabulatoris conseruam inuerecunde adamarit, & ita perdite vt eius causa omne fere patrimonium consumpserit. Huius quidem meretricis pyramida celebrat Herodotus, Plinius, Strabo, & alii plerique. Fratrem ergo Charaxũ Sappho eius meretricula causa odio & carminibus est insequuta. Apud Athenæum reprehenditur Herodotus (sed eum Herodoto vos etiam Strabonem intelligatis, quoniam idem & manifestius existimauit) quod scilicet Rhodopis & Dorice eadem fuerit meretrix a Charaxo dilecta: cum duæ fuerint. Rhodopis enim Thressa genere fuit. Dorice Naucratitis. Neq; enim Rhodopis verna Delphos misit, sed Dorice. idem ab Athenæo epigrammate Posidippi comprobatur. Sed nos hæc mittamus, ipsamq; Sapphum referamus, quæ viro nupsit Cercolæ. Sunt qui Cercyllam perperam vocent. si Græcis scriptoribus standum, ex Andro insula is fuit ditissimus, vt Suidas refert: ex quo filiam genuit, cui nomen Cleïs. Sed eo mortuo diuersis amoribus est diffamata, adeo vt vulgo tribas vocaretur. promiscue enim impudens pueros & puellas arsit: vnde & mascula ideo a quibusdam appellari creditur ab Horatio Flacco, & Ausonio Gallo, quod marium scilicet vices in opere cum puellis gereret. sint licet (inter quos Porphyrion) qui eam ob studia poetica id nominis sortitam velint: in quibus studiis vt vir versata est. Quasi non & alia

alia pene innumerabiles fœmina id ſtudium magnifice exercuerint. Alii maſculam ea cauſa dictam arbitrantur quod Leucadium, qui virorum erat, ſaltum animoſe aggreſſa fuerit: ad quod Papinianum illud ex patris epicedio referunt.

--ſaltus, *inquit*, ingreſſa viriles
Non formidata temeraria Leucade
Sappho.

Suidas tres Sapphûs diſcipulas nominat. Anagoram Mileſiam, Gongylam Colophoniam, & Eunicam Salaminiam: & tres item ab eadem puellas amatas prodidit, Atthida, Teleſillam & Megaram. Verum ego plures comperi: quarum hæc nomina, Pyrrho, Mnais, Anactorie, Cydno, Cyrene: & poſt has Phaon Leſbius adoleſcens, quem Plinius amatum tradit propter herba radicem, quam noſtri Centumcapita vocant, qua alterutrius ſexus ſimilitudinem refert. vnde ſi viris contigerit mas, amabiles fiunt: quo pacto, inquit, amatus fertur Phaon Leſbius a Sappho. quem Phaonem, quum in Siciliam nauigaſſet, lepidiſſimo carmine Sappho eſt proſequuta: quod Ouidius poeta in epiſtola eius nominis imitatus creditur. cuius inquam Phaonis amore impatiens Sappho, ſe a Leucade in mare præcipitem dedit, quem e Leucade ſaltum & alios ſubiiſſe legimus.

Et aliquanto poſt,

Quidam alteram Sapphon exiſtimarunt, quæ Phaonem amarit. Sunt & qui plectrum ab ea excogitatum ſcribant. Menachmus quidam Sicyonius pectida inueniſſe ait. (inſtrumenti muſici id nomen) quam rem pluribus Athenæus exequitur. Sed iam & quæ a Sappho ſcripta ſunt referamus. Condidit in primis Lyricorum libros nouem, Epigrammata, Elegiam Iambos, Monodias, Epithalamium, & alia quædam. Æolico vero dicendi charactere vſa eſt, ab ipſo quoq; carmen Sapphicum deductum eſt, vt Hephæſtion, Terentianus, Attilius & Diomedes obſeruant. Quin & ab eadem Æolicum carmen & antiſpaſticum inuectum eſt, vt Attilius & Terentianus ſcribunt. Harmoniam præterea myxolydii a Sappho repertam prodit Ariſtoxenus, quem ſequutus eſt Plutarchus in muſica, tametſi quidam in Pythocliden tibicinem referunt, & Lyſis in Lamproclem Athenienſem. At vero gratiam tantam in carmine habuiſſe, &c.

SAPPHVS

SAPPHVS
CARMINA.

APVD DIONYSIVM Halicarnaſſeum in libro De ſtructura orationis.

Canticum ad Venerem.

Elia Andrea interprete.

SEdibus gaudens variis doliſque
O Iouis proles Cypri ſempiterna,
Confici ne me patiaris, oro,
Diua dolore.
Huc ades tandem, precibus vocata
Si meis vnquam celer, affuiſti.
Tecta me propter quia ſæpe linquis
Aurea patris:
Et venis curru properante vecta:
Te nigris ad me tenues per auras
Paſſeres alis agiles ferebant
Æthere ab alto.
Hîc ingales vix tibi ſunt ſoluti,
Ore quum tu me, dea ſempiterno
Incipis, ridens, animum rogare
Quæ mala tangant.
Cur vocem te, quid mihi tum furenti
Maxime poſcam fieri, quis autem
Ser-

ΣΑΠΦΟΥΣ
ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΔΙΟΝΥΣΙΩΙ ΤΩΙ Αλικαρνασσεῖ, ἐν τῇ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Ασμα εἰς Αφροδίτην.

ΠΟικιλόθρον' ἀθάνατ' Αφροδῖτε,
Παῖ Διὸς δολοπλόκε' λίσσομαί σε
Μή μ' ἄτασι μηδ' ὀνίαισι δάμνα
Πότνια θυμόν.
Ἀλλὰ τῆδ' ἔλθ' εἴποτε κἀτέρωτε, [λάκα
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς ἀίοις, αἶς πολ-
Ἔκλυες. πατρὸς δ' δόμων λιποῖσα,
Χρύσιον ἦλθες
Ἅρμ' ὐπαζεύξασα· κάλοι δέ σ' ἆγον [ναες
Ὠκέες στροθοὶ, πέρυγας μελαί-
Πυκνὰ δινεύοντες ἀπ' ὠράνω, αἰθέρος διὰ μέσσω.
Αἶψα δ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
Μειδιάσαισ' ἀθανάτῳ προσώπῳ
Ἤρε' ὅττι δηὖτε πέπονθα, κὠττι
Δηὖτε κάλημι.
Κ' ὅττι μοι μάλιστ' ἐθέλω γενέσθαι
Μαινόλᾳ θυμῷ, τίνα δηὖτε πείθω,

B Κὼ

Καὶ σιγήνυσαν φιλότητα. πῖς σ' ὦ
Σαπφοῖ ἀδικεῖ;
Καὶ γὰ αὐ φεύγει, ταχέως διώξει·
Αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετο, ἀλλὰ δώσει·
Αἰ δ' μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλήσει,
Κ' �€πὶ κηλέυσι.
Ἔλθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
Ἐκ μεριμνᾶν. ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
Θυμὸς ἱμείρει, τέλεσσον, σὺ δ' αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσσο.

ΠΑΡΑ ΔΙΟΝΥΣΙΩι ΤΩι Λογίνῳ, ἐν τῷ περὶ ὕψους λόγῳ.

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν' ὤνηρ, ὄστις ἐναντίος τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνεύσας ὑπακούει,
Καὶ γελαίσας ἱμερόεν· τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόαισεν,
Ὡς ἴδον σε, βρόχεον· ἐμοὶ γὰρ ὠδὰς
Οὐδὲν ἔτ' ἦκε.
Ἀλλὰ κὰμμὲν γλῶσσ' ἔαγε, λέπτον
Αὔτικα χρῶ πῦρ ὑπαδεδρόμακεν,
Ὀμμάτεσσιν οὐδὲν ὄρημι, βόμβει δ' ἀκοαί μοι.
Κὰδ δ' ἴδρως ψυχρὸς κέχυται, τρόμος δὲ
Παῖσαν ἀμπρει· χλωροτέρη δὲ ποίας
Ἐμμί· τεθνάκην δ' ὀλίγω δέοισα,
Φαίνομ' ἄπυστος.

THN

Seruiat captus mihi. Quis lacessit
Te mea Sappho?
Si fugit nunc te, cito persequetur:
Accipit nunquam? dabit vsque dona:
Nō amat te nūc? at amabit & quocunque iubebis.
O fauens adsis quoq; nunc, meumque
Libera curis animum molestis.
Adiutrix oro mihi sis in omni
Fortis amore.

APVD DIONYSIVM Longinum, in libro de sublimi genere dicendi.

Catulli interpretatio, postremis quatuor versibus exceptis, qui sunt Henrici Stephani.

ILle mi par esse deo videtur,
Ille, si fas est, superare diuos,
Qui sedēs aduersus identidem te
Spectat & audit.
Dulce ridentem: misero quod omnes
Eripit sensus mihi. nam simulte
Cypria aspexi, nihil est super mi
Quod loquar amens.
Lingua sed torper, tenues sub artus
Flamma demanat, sonitu suopte
Tinniunt aures, gemina & teguntur.
Lumina nocte.
Manat & sudor gelidus, tremorq;
Occupat totam: velut herba, pallent
Ora: spirandi neq; compos, orco
Proxima credor.

Apud

Apud eundem in Demetrii vita.

Quum igitur aliis quidem ingredientibus, eodem modo se haberet, at Stratonice vel cum Seleuco vel seorsim ventitante, Sapphica illa ei contingerēt, vocis suppressio, rubor igneus, oculorum significationes, sudores acres, incompositus & turbulentus motus in venarum pulsibus: tandem vero, quum animus magnis viribus expugnaretur, hæsitatio, & stupor & expallescentia: circa hæc, considerantem Erasistr. &c.

Apud eundem in libello De amore.

Reducito nobis in memoriam vbi pulchra Sappho dicat, amica in conspectum prodeunte, vocem hærere, & corpus aduri, & pallorē, languorēq; & vertiginem oculorum occupare ipsam.

Sic interpretando, pro φλέγεσθαι lego φλέγεσθαι, ἐν πολλῷ pro πολλῶν.

Apud

ΤΗΝ ΕΞΗΣ ΤΗΝ ΠΑΡΑ τῷ Πλουτάρχῳ ῥῆσιν ἐκ τῆς ὠφελησούσης ἀδῆς χρὴ διορθώσεως τυγχάνειν. ἔστι δ' αὐτὴ ἐν τῷ Πῶς ἂν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ ὠφελούμενος ἐπ' ἀρετῇ.

Νέῳ δ' ἀνδρὶ συναμμένῳ ὠφελουμένῳ ἀληθοῦς ἐν φιλοσοφίᾳ τὰ Σαπφικὰ ταῦτα πυρέπει. Καὶ μὲν γλῶσσά γε λέπτον αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑπαδέδραμε, καὶ ἀθόρυβον δ' ὄψιν, καὶ πρόπον ὀμμα. φθέγγεσθαι δ' ἀκούσαι πομπεύσας.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ τῶν Δημητρίου βίῳ.

Ὡς οὖν τῶν μὲν ἄλλων εἰσιόντων ὁμοίως εἶχε· τὴν δὲ Στρατονίκης καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ Σελεύκου φοιτώσης πολλάκις, ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἐκείνα περὶ αὐτὴν πάντα, φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεων ὑπόδεξις, ἰδρῶτες ὀξεῖς, ἀπορία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς. τέλος δ', τῆς ψυχῆς καὶ κράτος ἡττωμένης, ἀπορίαν καὶ θάμβος καὶ ἀχρείασις, ἐπὶ τούτοις ὠφελογιζόμενον τὸν Ἐρασίστρατον, καὶ τἄλλα ἑξῆς.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ ἐρωτικῷ.

Ἀναμνήσαν ἡμᾶς ἐν οἷς ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης, τῷ τε φωνῷ ἰσχεσθαι, καὶ φθέγγεσθαι τὸ σῶμα, καὶ καταλαμβάνειν ὠχρότητα καὶ πλάνον αὐτῶν καὶ ἰλιγγον.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, κ) τὸ τέλος τῶν γαμικῶν παραγγελμάτων.

Εἰ γὰρ ἡ Σαπφὼ ἀφ' τὸν τοῖς μέλεσι κομψεραφίαν ἐφερή τηλικοῦτον, ὥστε γράψαι τοιοῦτο ἵνα πλησιον. Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι, οὐδέ τις μναμοσύνα σέθεν ἔσσετ'. οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας· πῶς οὐχὶ σοι μᾶλλον ἐξῆσεν μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῇ καὶ λαμπρεῖσθαι, εἰ μὴ τῶν ῥόδων ἀλλὰ τῶν καρπῶν μετέχοις, ὧν οἱ μοῦσαι φέρουσι καὶ χαρίζονται τοῖς παιδείαν & φιλοσοφίαν θαυμάζουσι;

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι, ἐν τῷ περὶ ἀφροσύνης λόγῳ.

Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι, οὐδέ ποτε μναμοσύνα σέθεν ἔσσετ', οὐδέ ποκ' ὕστερον. οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τᾶν ἐκ Πιερίας· ἀλλ' ἀφανὴς κἀν Ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις· ἐρεῖς δὲ σε βλέψᾳ παῖσ' ἀμαυρῶν νεκύων σκιπποδαμᾶν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ δεῖν ἐν τοῖς γάμοις τῶν συναπτομένων ἡλικίας σκοπεῖν.

Ἀλλ' ἐὰν φίλος ἀμῖν λέχος ἄρνυσο νεώτερον.

Οὐ γὰρ πλάσομαι ἐγὼ ξυνοικεῖν ἄσσα γεραιτέρᾳ.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ Πίνδαρον σχολίων

Ὁ πλοῦτος αὖδα δρεπτός, οὐκ ἀσινὴς πάροικος.

γεράφεται δὲ καὶ ἕπτως, Ὁ πλοῦτος αὖδα δρεπτός, οὐκ ἀγαθὸς συνοίκης.

Αὐτόθι.

Apud eundem, in fine connubialium praceptorum.

SI enim Sappho propter elegantiam in scribendis carminibus adeo magnifice de se sentiebat, vt scriberet ad quandam diuitem, Mortua autē iacebis, neq; vlla memoria tui erit: neq; enim particeps es rosarum ex Pieria *prouenientium:* quomodo non magis tibi licebit magnifice de te sentire & splendide, si non rosarum: sed fructuum sis particeps quos Musæ producunt & largiuntur iis qui doctrinam & philosophiam admirationi habent?

APVD STOBÆVM, in tractatu de amentia.

Mortua autem iacebis, neque vnquam postea memoria tui extabit: non enim particeps es rosarum ex Pieria *prouenientium:* sed obscura ad Orci domos ibis: neque te quisquam videbit postquam ad vmbras exiles auolaueris.

Apud eundem in tractatu de consideranda in nuptiis ætate eorū qui matrimonio iunguntur.

Sed si sis amicus nobis, torum accipe iuueniliorem.

Non enim sustinebo tecum consuescere, quum sim senior.

EX SCHOLIIS IN Pindarum.

Diuitiæ absque virtute, non innoxiæ sunt hospitæ.

Ibidem

Ibidem.

Expressit *Pindarus* ad viuum aquilam quæ insideret Iouis sceptro, & demulceretur musicis canticis, somno oppressi, expansis vtrinque alis, & librari ac velut stateræ impositam esse, quod arctum esset sceptrum ne delaberetur propter canticum *cui attenta erat:* sed tuto fixa vestigia haberet. At Sappho contrario sensu de columbis. His relanguit animus, & demittunt alas.

Ibidem.

Aurum autem *est* incorruptibile. *vnde* & Sappho, Quia Ioue prognatum aurum, ipsum neq; tinea neque cossus rodit.*

Ibidem.

Χαρίζεσθαι peculiariter significat Concumbere. Aristophanes in Equitibus, metaphorico sermone vtens, Quum enim multi eam tentauerint, eam paucis χαρίσασθαι. *id est, obsequium concubitus præstitisse.* & Sappho, Parua mihi videris esse, ô puella, & ἄχαρις, id est, *charitum venerearum expers.*

Lego enim ἔμμαν φαίνεαι κἀχαρις, ex sequente Plutarchi loco & illa verba ἡ μήπω δυν. &c. puto esse non Sapphus, sed scholiastæ, quibus vocem ἄχαρις explicat.

Plntarchus in libello de Amore.

Charis enim, ô Protogenes a veteribus vocatū fuit obsequiū quod

Αὐτόθι.

Παύει διετύπωσεν [ὁ Πίνδαρος] ὅτι δὴ ὁ ἀετὸς ἐπικαθήμενος τῷ τοῦ Διὸς σκήπτρῳ, κ) κηλούμενος ταῖς μουσικαῖς ᾠδαῖς, εἰς ὕπνον καθίσταται, ἀμφοτέρας χαλάσας τὰς πτέρυγας, & παλαντευόμενος, καὶ ζυγοστατούμενος ὥσπερ, ἀφ' τὸν τοῦ σκήπτρου τενότητα, ὥστε αὐτὸ μὴ ἐξολισθαίνειν τῇ ᾠδῇ, ἀλλ' ἀσφαλῆ τὴν βάσιν ὑπάρχειν. ἡ δὲ Σαπφὼ ἐπὶ δὲ εὐναίου ἐπὶ τῶν ταρσῶν, Ταῖσι ψυχρὸς μὲ ἐκλυτο θυμός, πάρος δ' ἐέσσι τὰ πτερά.

Αὐτόθι.

Ὁ δὲ χρυσὸς ἄφθαρτος. καὶ ἡ Σαπφώ. Ὅτι Διὸς παῖς ὁ χρυσός, κεῖνον ἰὸς, οὐδὲ κὶς δάπτει, βρωτέων φρένα κράτιστον φρενῶν.

Αὐτόθι.

Χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται. Ἀριστοφάνης δὲ ἐποίησεν ἐπὶ μεταφορᾶς. Πολλῶν γὰρ ἤδη πειρωμένων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι, κ) Σαπφὼ, Μικρά μοι παῖς ἐμμένει λιπόχαρις· ἢ μήπω δυναμένη ἀφ' τὴν ἡλικίαν χαρίσασθαι.

Παρὰ δὲ τῷ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ ἐρωτικῷ.

Χάρις γὰρ, ὦ Πρωτόγενες, ἡ δ' ἡλέος ὕπαξις τῷ ἄρρενι κέκλη-

ωεθς τ παλαιῶν· καὶ τὸν ἕσπερον γάμων ἔχουσαν ὥραν ἡ Σαπφὼ ωεθσπαγορεύουσα φησὶν, Ὅσπερ μικρά μοι πάϊ ἐμμεναι φαίνεαι κάλιχορος.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ τὸν Ῥόδιον σχολίων.

Ερσῆσσα ἢ, αὐτὶ τ πυῤῥὰ ὑπέρυθρος. ἔστι παρὰ τὸ Σαπφικὸν, Παντοδαπαῖς μεμιγμένα χροιαῖσιν.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΡΙΠΙΔΗΝ σχολίων.

Καὶ ἡ Σαπφὼ ἢ ἕσπερον τὸν ἕαστερον ἀστέρα εἶπε, τρόπον τινὰ ἐτυμολογοῦσα τὸ ὄνομα, Ἕσπερε πάντα φέρων ὅσα φαινόλης ἀσκέδασε αὔως.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ Σοφοκλέα σχολίων.

Καὶ Σαπφὼ, Ἥρης ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΕΥΣΤΑΘΙΩι.

Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάνναν ἄψ ἀποκρύπτουσι φαεινὸν εἶδος, ὁπόταν πλήθουσα μάλιστα λάμπῃ γᾶν.

ΠΑΡΑ ΤΟ ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ωεθὶ ἰδεῶν τόμῳ β', ἐν τῷ ωεθὶ γλυκύτητος κεφ.

Καὶ ὅταν τὴν λύραν ἐρωτᾷ ἡ Σαπφὼ ἢ ὅταν αὐτὴ ἀποκρίνηται, οἷον, Ἄγε χέλυ δῖα μοι λέγε, φωνάεσσα δὲ γένευ

ἀφαίρεται δὲ ἕτερα παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ, Ἄγε μοι δῖα χέλυ φωνάεσσα γήρυσαι. Παρὰ τῷ αὐτῷ Ερμησιάνακτι. Κάλλος χωρὶς [ἔστιν εἰκῆ φράζειν] quod fœmina mari præstat. atq; adeo Sappho quandam nõdum viro maturam compellans, ait, Quia parua mihi videris esse, & ἄχαρις. *id est, charitum venerearum expers.*

EX SCHOLIIS IN Apollonium Rhodium.

Ερσῆσσα autem pro Rufa, Subrubea. estque e Sapphico, Omnigenis permixta coloribus.

EX SCHOLIIS IN Euripidem.

Sappho quoque sic de Vespero stella dixit, quodammodo etymologiam nominis eius ponens, Vesper omnia ferens, quæcunque dispersit aurora, quæ omnia in lucem profert.

EX SCHOLIIS IN Sophoclem.

Et Sappho, Veris nuncia blandiloqua luscinia.

APVD EVSTATHIVM.

Stellæ quidem circa pulchram lunam retro abscondunt fulgidam faciem, tum maxime quum plena terram illustrat.

APVD HERMOGENEM De Ideis tomo II, in capite De dulcedine orationis.

Et quum lyram interrogat Sappho, & quum illa respondet. vt, Age chely diuina, fias vocalis.

Apud eundem, ibidem.

Pulchritudinem loci *permittitur describere per ecphrasin*, & varias consitiones, fluentorumque diuersas species, & quæcunque talia hæc enim & oculis oblectationem afferunt, dum cernuntur, & auribus, dum narrantur. vt Sappho, Circum autem aqua frigida susurrum edit per ramos. Item, Dum agitantur folia, somnus prorepit.

APVD DEMETRIVM Phalereum.

Festiuitates autem figurarum *orationis* manifestæ sunt etiam plurimæ apud Sapphum. vt per reduplicationem alicubi noua nupta virginitatem compellans dicit, Virginitas virginitas quo abis me relicta?

Illa autem respondet ei eadem figura.

Non amplius veniam ad te, non amplius veniam.

Ibidem.

Festiuitatem vero quærit aliquando *Sappho* & ex relatione: vt in vespero, Vesper omnia fers: fers vinum, fers capram, fers matri filiam.

Ibidem.

Nascuntur etiam e dictione festiuitates, videlicet per metaphoram, vt de cicada, Sub alis autem funditat argutam cantilenam * quemcunque tandem in *locum* æstuosum aduolans, sonorum reddat.*

Ibidem.

Ex comparatione etiam de excellen-

ζειν] καὶ φυτείας ἀμφοτέρους, καὶ ῥυμάτων ποικιλίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ζῶντα γὰρ καὶ τῇ ὄψει ωεθσβάλλει ἡδονὴν ὁρώμενα, καὶ τῇ ἀκοῇ, ὅτε ἐξαγγέλλοι τις. ὥσωερ ἡ Σαπφὼ, Αμφὶ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν κελάδει δι' ὔσδων μαλίνων. καὶ, Αἰθυσσομένων δ' φύλλων κῶμα καταῤῥεῖ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΔΗΜΗΤΡΙΩι τῷ Φαληρεῖ.

Αἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἀγνοούντων χάριτες δῆλαί εἰσι καὶ πλείστας παρὰ Σαπφοῖ. οἷον ἐν τῇ ἀναδιπλώσεως που νύμφη ωεθὸς τὴν παρθενίαν φησὶ, Παρθενία παρθενία ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ; Ἡ δ' ἀποκρίνεται ωεθὸς αὐτὴν τῷ αὐτῷ σχήματι, Οὐκέτι ἥξω ωεθός σε, οὐκέτι ἥξω.

Αὐτόθι.

Χαριεντίζεται δέ ποτε [ἡ Σαπφὼ] καὶ ἐξ ἀναφορᾶς· ὡς ἐπὶ τοῦ ἑσπέρου, Ἕσπερε πάντα φέρεις· φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις μητέρι παῖδα.

Αὐτόθι.

Γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες, ἤγουν ἐν μεταφορᾷ. ὡς ἐπὶ τοῦ τέττιγος, Πτερύγων δ' ὑπακουστὰν ἐχέτω λιγυρὰν ἀοιδάν· ὅ, τι ποτ' ἂν φλόγιον καθίετον ἐπιπτώμενον καθυδείη.*

Αὐτόθι.

Ἐκ δὲ παραβολῆς ἐστὶ τὸ ἐξ-

ἐχοντος ἀοιδὸς ἡ Σαπφὼ φησι, Πίερόχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀπολοιμπάνῃσιν.

Αὐτόθι.

Ἔστι δέ τις ἰδίως χάρις Σαπφικὴ ὅτι μεταβολῆς, ὅταν τι εἰποῦσα μεταβάλληται, καὶ ὥσπερ μεταγνοήσῃ. οἷον, Ὑψοῦ τὸ μέλαθρον ἀείρατε τέκτονες ἀνδρες· γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος Ἄρηϊ, ἀνδρὸς μεγάλω πολλῷ μείζων.

Αὐτόθι.

Καὶ τὰ Σαπφικὰ, Πολὺ παντὸς ἁβρομέλεστερα, Χρυσοῦ χρυσοτέρα.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΜΑΚΡΟΒΙΩι, Κρητικῶν βιβ. ε, καὶ παρ' Ἀθηναίῳ.

Κοινῇ δ' ἅρμα πάντες καρχήσι' ἔχον,
Καὶ ἔλειβον· ἀρῴατο δὲ πάμπαν
Εσλὰ τᾷ γαμβρᾷ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΙ Ῥητορ. β.

Φησὶν ὁ Ἀλκαῖος,
Θέλω τίν τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.
Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ Σαπφὼ,
Αἰ δ' ἶχες ἐς ἐσλῶν ἰμερον ἢ καλῶν, καὶ μήτ' ἐπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν, αἰδὼς κέν σε οὐκ εἶχεν, ἔμμεναι, ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΕΙΔΗι ἐν τῷ περὶ παρηφθέγματος λόγῳ.

Οἶμαι δέ σε καὶ Σαπφοῦς ἀκηκοέναι τὰς ἑαυτῆ δοκούσας εἶναι γυναικῶν μεγαλαυχεστάτης, καὶ λεγούσης ὡς αὐτὰι αἱ μοῦσαι τῆ ὄντι ὀλβίαν τε καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδεμία ἀποθανεῖται ἔσται λήθη.

cellente viro Sappho ait, Eminentissimus vt cantor Lesbius inter exteros.

Ibidem.

Est autem peculiariter quædam Sapphica venustas, quum vbi aliquid dixit, id retractat, & veluti sententiam mutat. Vt quũ dicit, In altum ædes tollite structores: gener accedit æqualis Marti, *saltem* viro procero longe procerior.

Ibidem.

Item Sapphica, Multo dulcius modulans quam lyra. Et auro magis aurea.

APVD MACROBIVM, Saturn. lib. 5 & apud Athenæum.

Vna autem omnes carchesia tenebant,
Et libabant: vouerunt autem prorsus
Prospera genero.

APVD ARISTOTELEM Rhetoric. lib. 2. dicit Alcæus,

Volo tibi aliquid dicere, sed me impedit pudor.

Respondet autem Sappho,

At si te cepisset bonarum rerum aut honestarũ desiderium, nec lingua tua trepidasset aliqd improbum prolatura, pudor profecto oculos tuos non occupasset, sed loquereris de re iusta.

APVD ARISTIDEM in oratione de incongruo dicto.

Existimo autem te Sapphum etiam audiuisse, apud quasdam mulieres quæ beatæ sibi videbantur, magnifice se efferentem & dicentem se a Musis reuera felicem factam, & sortem cuiuis expetendam esse consequutam: seque ne mortuam quidem obliuioni datum iri.

APVD POLLVCEM.

Prima autem, vt aiunt, Sappho chlamydem nominauit, quum dixit de Amore, E cœlo aduenientem, purpuream gestantem chlamydem.

APVD AVTOREM Etymologici.

Verum non sum iracundis moribus *pradita*, sed placidam mentem habeo.

Sic autem interpretando lego ἀλλ' οὐ σὺν ἔμμι παλίγκοτος ὀργάν, ἀλλ' εὐάκη τὸν φρένα ἔχω.

APVD ATHENÆVM.

Sappho quoque ait, Ambrosiæ crater temperatus erat, Mercurius autem sumpto vino diis pocula ministrauit.

Apud eundem.

Sappho etiam eum cuius forma in maxima admiratione erat, & qui pulcher existimabatur, sic compellauit, Stes coram, amice, & oculorum expande gratiam.

* *

APVD

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ.

Πρώτη δ', φασὶ, χλαμύδα ὠνόμασε Σαπφὼ, ἐπὶ τὸν Ἔρωτος εἰποῦσα, Ἐλθόντ' ἐξ οὐρανοῦ πορφυρᾶν ἔχοντα περίβολον χλαμύδα.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῆς Σαπφοῦς μελῶν ἔστιν οὕτως, ἀμφὶ λάβεσθαι λαοσσόοις δ' ἐπύκασε.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΓΡΑΨΑΝΤΙ τὸ ἐτυμολογικόν.

Ἀλλά πις σὸν ἔμμι παλιγκότων ὀργάνων, ἀλλ' εὐάκη τὸν φρένα ἔχω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

Καὶ Σαπφὼ δὲ φησὶν, Ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκραστο, Ἑρμᾶς δ' ἐλὼν ἔρπιν θεοῖς ᾠνοχόησεν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Καὶ ἡ Σαπφὼ δὲ περὶ τὸν ὑπερβαλλόντως θαυμαζόμενον τὸ μορφὴν, καὶ καλὸν εἶναι νομιζόμενον, φησὶ, Στῆθι καὶ ἄνθος φίλος, καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Χειρόμακτρα δὲ καλοῦσιν οἱ πορφυροῦν. καὶ ταῦτα μὲν ἀπηρίθμησε ἐπεμψα, πυθωκείας δάφνας πέμπω.

ΠΑΡΑ

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΦΑΙ-
στίωνι.

Γλυκεῖα μᾶτερ ἔτι δ' ὐ δύαμαι
κρέκφν τὸν ἰσὸν,
Πόθω δαμεῖσα παῖδος, βραδινᾶι δ' ἀφροδίταν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ὄλβιε γαμβρὲ, σοὶ μὰν δὴ γάμος ὡς ἄραο
Ἐκτετέλεσ', ἔχεις δ' παρθένον αὖ ἄραο.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Δεῦτε νῦν ἄβραι Χάριτες, καλλίκομοί τε Μοῖσαι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Πλήρης μὰν ἐφάνευθ' ἀ σελάνα,
Αἱ δ' ὡς περὶ βωμὸν ἐστάθησαν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Πεσπλεξάμενα ὄναρ Κυπρογενείαι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Δέδυκε μὰν ἀ σελάνα,
Καὶ Πλειάδες, μέσαι δὲ
Νύκτες, παρὰ δ' ἔρχετ' ὤρα.
Ἐγὼ δὲ μόνα κατεύδω.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἔρως δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
Γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.
Ατθὶς σοὶ δ' ἐμέθεν μὰν ἀπήχθετο,
Φορῆς δ' ἰῶ ἐπὶ δ' Ανδρομέδαν ποτέ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ηράμαν μὰν ἐγὼ σέθεν ἄττα πάλαι ποκα.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Τί μοι Πανδιονὶς ἀργίν χελιδών.

Παρὰ

APVD HEPHÆ-
stionem.

Dulcis mater non possum texere telam,
Amore victa pueri, per acrem Venerem.

Apud eundem.

Felix genere, tibi nuptiæ vt optasti
Confectæ sunt, habesque puellam quam optasti.

Apud eundem.

Adeste nunc pulchræ Charites, pulchricomæque Musæ.

Apud eundem.

Plena quidem apparebat luna.
Illæ autem postquam circum aram steterunt.

Apud eundem.

Dormiui in somnis vna cum Cypride.

Apud eundem.

Iam pulchra quidem Diana,
Iam Pleiades occiderunt,
Iam nox media est, & hora
Iam præterit: ipsa vero
Ah sola cubo misella.

Apud eundem.

Amor autem me artuum dissolutor versat, [lis.
Dulciamara auis inexpugnabi-
Atthis te autem aliquando mei tædebat,
Et cura in Andromedam *versa* erat.

Apud eundem.

Amabam quidem ego te quondam.

Apud eundem.

Cur me Pandionis * hirundo.

Apud

Apud eundem.

Habet quidem Andromeda pulchram remunerationem.
Sappho cur omniopulentã Venerem.

Apud eundem.

Huc adeste Musæ aureum relinquentes.

APVD ACHILLEM
Tatium lib. 2. De Leucippe & Clitophonte, inuenitur sequens encomium rosæ, ex oda quadam in prosaicam orationem dissolutum. Existimatur autem oda illa Sapphûs esse.

Si floribus vellet Iupiter imponere regem, rosa inter flores regnum obtineret. Terræ est ornamentum, plantarum decus, oculus florum, prati rubor, pulchritudo coruscans. Amorem spirat, Veneris est conciliatrix, formosis foliis comata est, nobilibus frondibus luxuriat: calyx Zephyro ridet.

EX QVARTO ANTHO-
logiæ epigrammatum, eiusdem Sapphûs epigrammata duo.

Nassam cum remo posuit Pelagoni Meniscus,

Vitæ

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἔχει μὲ Ανδρομέδα καλὰν ἀμοιβάν.

Σαπφοῖ τί τὴν πολύολβον Αφροδίταν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Δεῦρο δεῦτε μοῖσαι χρύσεον λιποῖσαι

Παρὰ τῷ αὐτῷ

Μελίχροος δ' ἐφ' ἱμερτῷ κέχυται προσώπῳ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκας ὡς ἀπαλᾶς Γυρίννω

Ασταρτοτέρας, ἀδὲ' ἅμα πώγωνα σέθεν τυχοῦσαν.

ΠΑΡ' ΑΧΙΛΛΕΙ ΤΩι ΤΑ-
τίῳ τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα βιβ. β, εὑρίσκεται τὸ ἐξῆς ἐγκώμιον τοῦ ῥόδου, ἐξ ᾠδῆς τινὸς εἰς τὸ καλλοπισθὲν λόγον μεταλελυμένον τομίζεται ἐκείνη τῆ Σαπφοῦς εἶναι.

Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε γῆς ἐστὶ κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμώνος ἐρύθημα, κάλλος ἀστράπτον. ἔρωτος πνεῖ, Αφροδίτῃ προξενεῖ, ἁβρὸν δεσπόζει φύλλοις κόμαις, δρυκινήτοις πετάλοις τεθυφαῖς. τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ.

ΕΚ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ
τῶν ἀνθολογίας τῶν ἐπιγραμμάτων, τῆς αὐτῆς Σαπφοῦς ἐπιγράμματα β'.

Τὸν γριπεῖ Πελάγωνι πάτης ἀνέθηκε Μενίσκος,

Κύβην

Κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα καλᾶς ζοΐας.

Vitæ in piscatu mnemosynum miseræ.

Ἄλλο.

Aliud ex interpretatione Angeli Politiani.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὶν γαμβρὸς ἰανοῖσιν
Δέξαθ' Ἑρσεφόνας κυανέος θαλάμος.
Ἃς κὴ δόπο φθιμένας, πᾶσιν νεοθηγέϊ χαλκᾷ.
Ἄλικες ἰμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

Timadis hic puluis, quæ dulces ante hymenæos
Excepta est nigro Persephones thalamo.
Illius heu fato cunctæ de vertice amatam
Æquales ferro subsecuêre comam.

Alia quædam Sapphus, item Alcæi, in extremo inuenies libro.

STESI-

STESICHORI VITA, EX LILII Greg. Gyraldi dialogo IX, cap. De poetarum historia.

ALcmane iunior Stesichorus ab authoribus scribitur, sint licet qui vetustiorem tradant. Mirum est quod Stesichoro infanti accidisse proditum est, Lusciniam scilicet in ipsius infantis ore concinuisse. quod si quidem verum est, eximium proculdubio suauitatis & dulcedinis futuri poetæ prodigium fuit. Clarere vero cœpit a XXXIIX Olympiade ad LVI usq;, qua decessit. qua argumentatione colligimus, illum ad summam senectutem peruenisse. Lucianus quidem in Macrobiis octoginta & quinq; annos vixisse testatur: videtur tamen legendum XCV. Fratres vero duos habuit, Mamertinum geometram, & Helionacta legumlatorem. Filias item nescio quot habuit, quas de morte patris epistola consolatus est tyrannus Phalaris. Fuere vero hæ Stesichori filiæ in modulandis numeris & carminibus pangendis nihilo patre indignæ reputatæ, eo quando tempore nulli in ea facultate, præterquam patri, cedere dicebantur. Dorica quidem Stesichorus lingua vsus esse perhibetur, quod scilicet ea in Sicilia frequens esset, vt alibi diximus. Poemata Stesichori sex & viginti libris composita Suidas prodidit. Meminit & Canticorum eius, id est ἐρωτικῶν) Athenæus, qui & ipsum inter eos qui nimio plus amauerunt, connumerat: a quo & celebratur poema illud in Calycem puellam, quæ vt Aristoxenus musicus scribit, quum Euathlum adolescentem ardentissime deperiret, deæ Veneri preces effudit vt sibi Euathlus maritus contingeret, quod quum puer se facturum abnuisset, puella amoris impatientia, vt Sappho, ex alta se Leucadis rupe præcipitem dedit, eundem finem sortita, quam historiam princeps noster Picus, pater Pice tuus, ad me quodam poemate vno perstrinxit versiculo,

Testis Stesichoro vati cantata Calyce:

diastole scilicet hac dictione vsus. Summæ autem probitatis virum Stesichorum fuisse legimus: vnde apud Græcos factum prouerbium est in indoctos & inelegantes, Neq; Stesichori tria nosti: quamuis alii ad ipsius carmina referant, quæ epodica fuerunt, in quibus illa tria essent de quibus in huius sermonis exordio egimus, strophe, antistrophe, epodos. Stesichorum præterea Synesius heroicum ferme poetam facit,

facit, quum ait, Steſichorus veluti & Homerus, qui heroicum genus nobilius & illuſtrius ſuis verſibus reddidêre. Quare, vtputo, apud Dionem Alexander Macedo illum inter eos poetas reponit quos vt a regibus legantur dignos cenſet. Hermogenes Tarſenſis, iuuenis licet, diligentiſſimus tamen Rhetoricorum ſcriptor, vbi de Oratoris dulcedine agit, Steſichorũ pluribus verbis extollit, in eaq; plurimum orationis parte excelluiſſe ſcribit, ob adiecta epitheta quibus ipſe commode vſus eſt. Eſt vero imitatus Steſichorus in verſibus modulandis nomos & regulas Olympi, quas & illuſtrauit, vt Plutarchus in muſica ſcriptum reliquit: qui & illum ait harmatio nomo & dactyli ſpecie vſum. Et aliquanto poſt.

Illud quidem Steſichori monumentum *Catanæ poſitum fuiſſe ante vrbis portam, qua ex re Steſichoria dicta eſt, octangulum, hoc eſt octogonum, perhibent: a cuius forma, in talorum & teſſerarum luſu caſus quidam Steſichorius vel Steſichorites appellatus eſt, vt Pollux & Euſtathius prodidere. Alii omnia ei ſepulcro ex octonis rebus fuiſſe volunt: octo ſcilicet columnis, octo gradibus, & octo quoq; angulis: atq; inde factum prouerbium, Omnia octo, πάντα ὀκτὼ quum rei nihil deeſſe ſignificamus: etſi illud aliunde alii deductum arbitrantur. Atq; hactenus de Steſichoro.*

FABIVS QVINTILIANVS de Steſichoro.

Steſichorum, quam ſit ingenio validus, materiæ quoq; oſtendunt, maxima bella & clariſſimos canentem duces & epici carminis onera lyra ſuſtinentem: ac, ſi tenuiſſet modum, videtur æmulari proximus Homerum potuiſſe: ſed redundat atque effunditur. quod vt eſt reprehendendum, ita eſt copiæ vitium.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙ-καρναστέως γνώμη περὶ τοῦ Στησιχόρου.

Ὅρα δὲ καὶ Στησίχορον ἔν τε τοῖς ἑκατέρου τῶν προειρημένων πλουσιοκτήμοσι καθαρῶς, ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπουσι καθαίρων. λέγω δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν καὶ ἐπιθέσεις πραγμάτων, ἐν οἷς τε ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων τετήρηκεν.

DIONYSII HALICARnaſſei ſententia de Steſichoro.

Conſidera autem etiam Steſichorum, qui & felix eſt in iis in quibus vterque eorum quos ante nominaui *videlicet Pindarus & Simonides* eminet: ſed ea quoque ad quę illi nõ perueniunt attingit. nimirũ magnificentiam rerũ quę pro argumento *ſumuntur*, in quibus & vt morata oratio eſſet & dignitas perſonarum ſeruaretur, operam dedit.

STESI-

STESICHORI CARMINA.

APVD ATHENÆVM.

MVlta quidem cydonia mala proiiciebant ad currum regi, multasque myrteas frondes & roſeas coronas, violarumque apices teneros.

Apud eundem.

Abſcõdere autem roſtrum ſummum ſub terra

Apud eundem.

Quod autem ſol intra vas traiiceret ad occidentem, Steſichorus ſic exponit.

Sol vero Hyperionis filius in poculum deſcendebat aureum,
Vt per Oceanum traiiciens
Peruenirer ſacrę ad ima vada noctis obſcuræ,
Ad matrem, & virginalem vxorem,
Liberosque charos. ipſe autem in lucum ſe contulit lauris opacum
Pedibus filius Iouis.

APVD STOBÆVM, in Conſolatoriis.

Lugere mortuos res eſt carens effectu, & inops conſilii.

Apud eundem, Quod memoria fere omnium poſt mortem cito euaneſcat,

Quum

ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΥ ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

Πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτεσκον ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα καὶ ῥοδίνους στεφάνους, ἴων τε κορωνίδας ἅλας.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Κρύψαι δὲ βύσσος ἄκρον γᾶς ὑπένερθεν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ὅπᾳ δὲ ὁ ἥλιος ἐπὶ ποντοπόρον διεκομίζετο ἐπὶ τὸν ὄρφνην, Στησίχορος μὲν ἅτως φησὶν,

Ἅλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον,

Ὄφρα δι' Ὠκεανοῖο περάσας, Ἀφίκηθ' ἱερῶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς,

Ποτὶ μάτερα, κουεριδίαν τ' ἄλοχον,

Παῖδάς τε φίλους. ὁ δ' ἐς ἄλσος ἔβα δάφνεσι κραίσπιον

Ποσσὶ παῖς Διός.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι, ἐν τοῖς παραμυθητικοῖς.

Ἀπολείπειν γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ Ὅπου τῶν τελείων μνήματον ἡ μνήμη ἀφαιρεῖται ταχέως.

Θανόν-

Θανόντος ὠδὴ πᾶσ' ὅλυ' ἀν-
θρώπων χέρις.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥ-
ριπίδην σχολίων.

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥίζων
ἅπασι θεοῖς, μιᾶς λάθετο ἠπιο-
δώρου Κύπριδος, κείνα ϗ Τυν-
δαρίων κούρας χλωσταμφίη, δι-
γάμους τε κ) τριγάμους πᾶσι ϗ
λιποσώρους.

Αὐτόθι.

Στησίχορος φησὶ τὴν τῶν Ἑλέ-
νην καταλεύειν μελλόντων φη-
σὶν, ἅμα ἰδεῖν τὴν ὄψιν αὐτῆς ἰδεῖν
αὐτοὺς, ἀφεῖναι τοὺς λίθους ἐπὶ
τὴν γῆν.

Αὐτόθι.

Στησίχορος τέλος φησὶ τὸν Ὀρέσην
εἰληφέναι παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡ-
χῳ ἐν τῷ Περὶ τοῦ εἰ ϗ
ἐν Δελφοῖς.

Καὶ μὴν ὁ πρότερος ἐπ' αὐτῷ [τοῦ
Εὐριπίδου] ὁ Στησίχορος, Μάλα
τοι μᾶλλον παγκρατιαστὰς φιλεῖ
μέλπας τε Ἀπόλλων, κήδεα τε
γοναχοῦ τε Ἀΐδας ἔλαχε.
Παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ τοῦ ὑπὸ
τοῦ θείου βροντῆσαι ἡμαρτημένων.
Ὥσθ' ὁ μὲν τὰ γινόμενα, καὶ
μὴν τὴν ἀληθείαν ἀπομαντεύε-
ται τοῦ Κλυταιμνήστρας ἐνύπνιον
τὸν Στησίχορον, ὅτι πως λέ-
γοντα τοιόνδε,

Δράκων ἐδόκησεν μολεῖν
Καρὰ βιοθρεπτηρίους ἄκρας·
Ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλειοθε-
νίδας ἐφαίνη.

Quum obiit quispiã, omnis ho-
minum beneuolentia perit.

EX SCHOLIIS IN Euripidem.

Quoniam Tyndareus sacra
faciens cunctis diis, vnius obli-
tus fuerat placida dona largien-
tis Veneris, illa vtique Tyndarei
filiabus infensa, vt illæ duos ma-
ritos atque adeo tres haberent,
ac *tandem* desertæ a maritis es-
sent, (*vel maritos desererent*) ef-
fecit.

Ibidem.

Stesichorus de iis, qui Helen-
nam lapidibus obruturi erant,
dicit, eos, simulatque eius vul-
tum intuiti essent, demisisse la-
pides in terram.

Ibidem.

Stesichorus Orestem arcus ab A-
polline accepisse tradit.

APVD PLVTARCHVM in fine libri qui inscribitur De ei Delphico.

Et prior adhuc hoc *Euripide*
Stesichorus. Maxime autem o-
mnium oblectationes & cantus
amat Apollo, curas vero & luctus
Pluto sortitus est.

Apud eundem in lib. De sera numinis vindicta.

Adeo vt secundum veritatem
& ea quæ vsuuenire solent. Stesi-
chorus Clytæmnestræ somnium
descripserit, quum ita dicit,
Draco visus est accedere, sum-
mum cruentatus caput: ex quo
rex Plisthenides apparuit.

APVD

APVD STRABONEM.

Age canora musa, cantum in-
cipe,
Hymnos de amabilibus pueris
Samiis.
Amabili resonans lyra.

Apud eundem.

Quare sic loquutum esse existi-
mant Stesichorum de armen-
to Geryonis,
Quod e regione illustris Erythiæ
progenitum fuerit,
Iuxta argentiradices immensos
Tartessi fontes,
In recessuum tenebricosorum
petris.

APVD PLATONEM in Phædro.

Habent autem ii qui in fin-
genda fabula peccant, expiatio-
nem veterem, quam Homerus
non animaduertit, sed Stesicho-
rus. Oculis enim priuatus ob su-
am in Helenam maledicentiam,
non ignorauit causam, vt Ho-
merus, sed, vt a Musis edoctus,
cognouit: & hæc carmina statim
composuit, Nequaquam verus
sermo hic fit, neque profecta es
in nauibus bene tabulatis, neque
adiisti pergama Troiæ.

APVD ATHENÆVM.

Ait autem Seleucus primum
Panyasin pemmatum mention-
em fecisse, vbi Ægyptiacam im-
molationem hominum narrat
multa dicens apposuisse pem-
mata, multas quoq; aues: quum
prior Stesichorus, aut Ibycus in
iis quæ ἄθλων inscriptionem ha-
bent

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΗΣΙΧΟ-
ρου.

Ἄγε Μοῦσα λίγεια, ἄρξον ἀοι-
δᾶς,
Ἐρατῶν ὕμνους Σαμίων περὶ
παίδων
Ἐρατᾷ φθεγξομένα λύρᾳ.
Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.
Διόπερ ἔτυς εἶπεῖν ὑπολαμβάνου-
σι Στησίχορον περὶ τοῦ Γη-
ρυόνος βουκολίας,
Διότι γλυκυηδεῖ χειδὼν αὐτόπτερος
κλεινὰς Ἐρυθίας,
Ταρτησσοῦ πολυμυδῆ παρὰ πα-
γὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζους,
Εν κοιλομώνων πέτρᾳς.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΑΤΩΝΙ
ἐν τῷ Φαίδρῳ.

Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ
μυθολογίαν παλαιὸς ἔγκωμος,
ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο. Στη-
σίχορος δὲ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στε-
ρηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακη-
γορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ
Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὤν,
ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ αὐτὸς,
Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος,
οὐδ' ἔβας Εὐνηΐδεσσιν ἐϋσέλμοισι,
οὐδ' ἵκεο πέργαμα Τροίης.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

Πεμμάτων δὲ πρῶτον φησὶ
μνημονεῦσαι Πανύασιν Σίλλι-
κος ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτί-
οις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται.
πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμ-
ματα. πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνι-
θος. πρότερον Στησίχορον ἢ Ἴβυκον
ἐν τοῖς ἄθλοις ἐπιγραφομένοις εἰ-

ρηκότος, Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δῶρα ἀσταμίδας, Κόνδρον τε καὶ ἐλικρίδας, Ἀλλά τε πίμπλαθι καὶ μέλι χλωρόν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ὁ γὰρ Στησίχορος ἔτως εἴρηκεν ἐν τῷ πεπεισμένῳ ἄσματι τῶν ἄθλοις, Θρώσκων μὲν γὰρ Ἀμφιάραος, Ἄκοντι δὲ νικᾷς Ἐμμελίαχος.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπεὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ατρείδαις. ὡς καὶ Στησίχορος φησὶν, Ὡκτέρα γὰρ αὐτὸν ὕδως ἀεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΕΥΣΤΑΘΙΩι.

Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπα λίγεια.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΧΟΛΙΑ γράψαντι εἰς τὸν Ἀπολλώνιον τὸν Ῥόδιον.

Ἀνακρέων ᾧ ἐπὶ παίγνιον ἔταξε τὸ ῥαδινὸν, Ῥαδινοὺς πώλους. Ἴβυκος δὲ ἐπὶ τῶν τὸν ἱππικὸν βαστάζοντων κιόνων, ῥαδινοὺς καὶ τὰ τὰς σύμπλεξεις λίγα. Στησίχορος ἐπὶ τοῦ ὄντος, Ῥαδινοὺς δ' ἔπεμπον ἄκοντας.

bent dixerit, Afferte virgini, & farra & mellitas placentas, aliaq; pemmata & mel viride.

Apud eundem.

Stesichorus enim sic dixit in supradicto cantico ἄθλοις, Saltans enim Amphiaraus, iaculo autem victoriam adeptus est Meleager.

Sic autem interpretando lego νίκασεν Μελέαγρος *pro* νικᾷς Ἐμμελίαχος: *vt ibidē in loco Simonidis lego* νίκασι νέας *pro* νικᾷς σύους.

Apud eundem.

Inscriptam etiam Troicam fabulam esse templo Apollinis, in qua Epeus aquam portat Atridis, vt Stesichorus quoque ait, Commiserata enim est eum filia Iouis semper aquam portantem regibus.

APVD EVSTATHIVM.

Huc agedum Calliopea canora.

IBYCI VITA EX LILII Greg. Gyraldi dialogo IX. De poetarum historia.

Sed iam de Anacreonte satis: quem poeta Ibycus sequebatur, Phytii filius siue (vt alii tradunt) Polyzelis, Messenii historici: alii, Cerdantis Rhegium notissimam Italiæ vrbem patriam habuit, ex qua digrediens in Samum insulam migrauit: quo tempore Samiorum rempublicam Polycratis pater administrabat, quinquagesimam circiter Olympiadem, vt apud Græcos scriptores legimus: quo tempore apud Lydos Crœsus regnabat. Leguntur pleraque in Ibycum Græca epigrammata, ex quibus eum facile colligimus procliuiorem in puerorum amores: id quod & Marcus Cicero his verbis innuit, Maxime vero, inquit, omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum apparet ex scriptis. Idem & post Ciceronem Athenæus & Suidas.

Et paulo post,

At vero Ibyci mortem Plutarchus & Antipater, nec ab his multum diuerse Suidas retulere. Quum in quadam, aiunt solitudine Ibycus a latronibus deprehensus esset vt ab iis interficeretur, forte fortuna accidit vt inde præteruolarent grues: quas intuens inquit, Quas volantes videtis aues, aliquando fortassis continget mea necis vltrices fieri. & simul dicto casus occubuit. Post hæc autem latronum vnus quum in ciuitate grues conspicatus esset, inquit, Ecce Ibyci vltrices, quod quum quispiam audiuisset, rem detulit. ita quidem Suidas. Vt vero Plutarchus, Latrones, inquit, nihil tale timētes in theatro (vel vt alii in foro) quum sederent, ecce super volantes inde grues quum viderent, ridentes per iocum ita inter se susurrabant, ἰδοὺ αἱ Ἴβυκου ἔκδικοι, hoc est, ecce Ibyci vltrices. Quæ verba quum ex circumstantibus quidam excepisset, ad ciuitatis principes detulit: qui latrones de Ibyco percontati, & ab iis minus constanter quum responderetur, inquiri Ibycum præcipiunt: quum nusquam gentium inueniretur, tormentis scelus fateri latrones adegere, atq; ita Ibyco pœnas persoluerunt. Historiam perstringit hoc versiculo Ausonius,

Ibycus vt periit, vindex fuit altiuolans grus.

Et aliquanto post,

Fecere hæc eadem de re prouerbium, Ibyci grues: vel, vt ab aliis profertur, Ibyci vltrices: in eos qui quibus nocuerunt dant pœnas. Ab Ibyco, Ibycinon instrumentum musicum quo & in militia Gallos vsos esse & Romanos legimus. Appellantur & Ibycaneta, ab Ibyco inuentore. Item Ibyceon ῥησείδιον, id est dictiuncula quæ sacris conueniret: qua de re plura Suidas. Laudantur vero a Græcis scriptoribus Ibyci opera septem, lingua Dorica conscripta, illudq; cum primis quod Gorgia inscriptum fuit, in quo Ganymedis & Tithoni raptum elegantissime exequutus fuerat. Atq; hæc quidem mihi de Ibyco in præsentia comperta.

IBYKOY

IBYCI CARMINA.

APVD ATHENÆVM.

EVryale cæsiarum Gratiarum germen pulchricomarum cura, te certe Venus & blandis oculis Suadela roseis in floribus educarunt.

Apud eundem.

Ait autem Seleucus primum Panyasin pemmatum mentionem fecisse, vbi Ægyptiacam immolationem hominum narrat, multa dicēs apposuisse pemmata, multas quoq; aues: quum prior Stesichorus aut Ibycus in iis quæ ἄθλων inscriptionem habent dixerit, Afferte virgini * & farra & mellitas placentas, aliaq; pemmata & mel viride.

Apud eundem.

Vere quidem cotoneæ mali irrigatæ fluxibus fluuiorum, vbi virginum hortus immortalis, & vites crescētes vmbrosis sub germinibus pampineis florent. mihi vero amor nullo quiescens tempore, & fulgure incendens Thra*cios Boreas erumpens a Venere sic*cis furorib. turbidus obstupuit, vio*lentus a puero obsidet nostra ptæcordia.

Apud eundem.

Ibycus autem tradit ambrosiam

IBIKOY MEAH.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

Εὐρύαλε γλαυκέων Χαρίτων θάλος καλλικόμων μελέδημα, σὲ μὲν Κύπρις, ἄτ' ἀμαυοβλέφαρος Πιερὶς ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Πεμμάτων δὲ πρῶτον φησὶ μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλυνος ἐν οἷς καὶ τὴν παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίαν διηγεῖται πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνιθας. πρότερον Στησίχορον ἢ Ἴβυκον ἐν τοῖς ἄθλοις ἐπιγραφομένοις ἐρικτύπου, Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δῶρα ἀσταμίδας, Χόνδρον τε καὶ ἐλικοειδεῖς, Ἄλφιτα πέμματα, καὶ μέλι χλωρόν. Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἡλίβατ' οὔτε κυδώνια μηλίδες ὀρδέμβρια ῥοᾶν ἐκ ποταμῶν, ἵνα παρθένων κῆπος ἀκήρατος. αὐτὰ οἰνανθέες αὐξόμβρια σταφυλεῖσιν ὑπ' ἔρνεσιν οἰναρείοις θαλέθουσιν. ἐμοὶ δ' ἔρως ἀδάμιαν καθίκοιτο σῶμά τε ὑπὸ στέρνα πᾶς φλέγων Θρηϊκίους βο*ρέας αἴσσων παρὰ Κύπριδος ἀζαλέας μανίας ἐρεμνὸς ἐκπέμψῃσι, κραιπνὸς παῖδόθεν φυλάσσει ἠμετέρας φρένας. Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἴβυκος δὲ φησὶ τὴν ἀμβρο-

σίαν τῶ μέλιτος καὶ ἐπίπασιν σύγκρασιν ἔχειν γλυκύτητα, τὸ μέλι λέγων ἔννατον εἶναι μέρος τῆς ἀμβροσίας κατὰ τὴν ἡδονήν.

Παρὰ τὸν αὐτόν.

Ῥαδαμάνθυος δὲ δίκην Ἴβυκος ἔρασθεὶς φησὶ γηραιὸς Τάλων.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΑΤΩΝΙ ἐν τῷ Παρμενίδῃ.

Καί τοι δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἴβυκείου ἵππου πεπονθέναι· ὃν ἐκεῖνος ἀθλητὴν ὄντα καὶ πρεσβύτερον, ὑφ' ἅρμασι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντα τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπεικάζων, ἄκοντ' ἔφη καὶ αὐτὸς, οὕτω πρεσβύτης ὤν, εἰς τὸν ἔρωτα ἀναπείθεσθαι εἶναι.

Παρὰ τὸν αὐτὸν ἐν τῷ Φαίδρῳ.

Ἐμὲ γὰρ ἔθραξε μή πῃ καὶ πάλαι λέγοντα τὸν λόγον, καί πως ἐδυσωπούμην, κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψωμαι.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡΧΩι, συμποσιακῶν λόγῳ θ'.

Διὸ καὶ πέπονθεν ὁ φοβηθεὶς Ἴβυκος ἐποίησε, Δέδοικα μή τι παρὰ θεοῖς ἁμπλακὼν, ἁμοῖν παρὰ ἀνθρώπων ἀμείψω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΟΥΙΔΑι.

Ἰβύκειον ῥητίδιον. Ἁρμόττει τὸ Ἰβύκου ἔπος αὐτὸν ἐπῆλθε, μή τι παρὰ θεοὺς ἁμπλακὼν, ἁμοῖν παρὰ ἀνθρώπων ἀμείψωμαι. ἦν δὲ παρὰ

siam melle nouies maiorem dulcedinem habere: dicens mel nonam esse partem ambrosię, quod ad voluptatem attinet.

Apud eundem.

Rhadamanthi iusti Ibycus amatorem ait fuisse Talon.

APVD PLATONEM in Parmenide.

Quanquam mihi (meo quidem iudicio) idem accidit quod Ibyci equo, cui ille se conferens, athletæ & seniori, curule certamen subituro, & propter experientiam trepidanti de euentu, dixit se quoque inuitum, quum adeo senex esset, ad amorē compelli.

Apud eundem in Phædro.

Me enim conturbauit aliquid & antea, dum verbum illud proferrem: & quodammodo verebar (sicut Ibycus) ne in deos cōmisso quopiam delicto, honorem ab hominibus per permutationem acciperem.

APVD PLVTARCHVM.

Ideoque illi id contingit quod veritus Ibycus scripsit, Metuo ne aliquo in deos commisso delicto honorem ab hominibus per permutationem accipiam.

APVD SVIDAM.

Ibyci breue dictum. Sed Ibyci dictum ei in mentem veniebat. Ne in deos commisso quopiam delicto honorem ab hominibus per permutationem accipiam. est autem

autem cum sacerdotio congruens hoc breue Ibyci dictum.

IN SCHOLIIS IN Pindarum.

Ortygia autem, quum prius esset insula, postea terra circa eam aggesta, peninsula facta fuit. vt etiam Ibycus tradit, iuxta solum lapidosum quod manibus hominum ** pisces crudiuori incolebant.

ἐμοῦ ἱερωσύλου σωφρόνως τὸ Ἰβύκειον τοῦτο ῥητίδιον.

ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ Πίνδαρον σχολίοις.

Ἡ δὲ Ὀρτυγία, πρότερον μὲν οὖσα νῆσος, εἶτα προσχωσθεῖσα, χερρόνησος γέγονεν, ὡς καὶ Ἴβυκος ἱστορεῖ, Παρὰ χέρσον λίθινον τὸν παλαιόμενος βροτῶν πρόθυτε νιν παῖδα νήειον ἰχθῦς ἀμφάγοι νέμοντο.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΟΡΦΥΡΙΩι ἐν τῷ εἰς τὰ Ἁρμονικὰ Πτολεμαίου συγγράμματι.

Ταχέως γὰρ αὖ τις τῶν ἀπείρων μὲν μουσικῆς καὶ τῶν ποιητῶν θεωρημάτων ἐν νεῷ ψηλαφῶμεν ἡμεῖς, ἐν δὲ τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις καλινδουμένων, Ἕρμιδος ποτὲ μάρτυρα ἔχων τόνδε (φησί που Ἴβυκος) ἀπίθανα δηλεῖν ἀνίοις κηρύσσει.

VITA ANACREONTIS EX Lilii Greg. Gyraldi lib. IX, De poetarum hist.

POST Pindarum erat Anacreontis imago: cuius pater Scythinus dictus, a quibusdam Eumelus, ab aliis Parthenius, seu Aristocritus vocatus. Fuit vero Anacreon, autore Strabone, Teius, ex vrbe Teo, quæ in media Ionia fuisse dicitur: & idcirco ipse lingua Ionica in iis quæ scripsit carminibus vsus est. Porphyrio in Horatium. Teon, inquit, vrbem in Paphlagonia esse Salustius indicat, quum de situ Pontico loquitur. vnde est apud Ouidium Teia Musa, & apud Horatium fides Teia. & idem alibi,

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium.

Pusionem enim Bathyllum Anacreon amasse traditur. Leonides Epigrammatum scriptor Bathyllum & Megistea eius pueros nominat. Simonides, & ipse epigrammatographus, Megistea, & Smerdiei Thracium amorem, hoc est (vt quidam interpretantur) obscœnum minusq; pudicum, vtpote apud Thraces excogitatum, seu (quod verius videtur, vt etiam Antipater Sidonius innuit suo carmine, & aperte Max. Tyrius ostendit) quod puer ipse Smerdieus tantopere ab Anacreonte amatus, fuerit Thracius: quem Smerdin alio loco vocauit. Eurypylen quoq; puellam amauit. quod idem scribit Antipater. Hinc (vt puto) Cicero. Anacreontis quidem, inquit, tota poesis est amatoria. Idem Ouidius: a quo & illud canitur, quod scilicet vini appetentior fuerit. quod & ipse Anacreon indicat hoc qui legitur versiculo, οἰνοπότης ἢ πεποίημαι: & hoc qui a Demetrio Phalereo adducitur, φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον ὦ παῖ. atq; eo etiamnum carmine iambico, dimetro, catalectico, quo Vulcanum alloquitur vt sibi vasculum fabricet: quod inter Græca epigrammata legitur. & in Noctibus Atticis Gellii, tametsi quidam id pernegent, vt in Automedonte pluribus dicemus. Sed & a Simonide iuniore οἰνοβαρὴς Anacreon, (id est vino grauis) vocatur. Antipater etiam Sidonius in tertio Epigrammatum idem pluribus versibus ostendit. Quid igitur mirum si pronior is in vtramq; venerem fuerit? vulgato enim apud Græcos carmine, vtriusque amoris insatiabilis senex fuit. Hinc & grammatici qui in Pindarum commentaria scripsere, Anacreontem produnt amore percitum, non in deos, sed in pueros hymnos scripsisse: quos & deos suos appellare solitus erat. Dion hos Anacreontis versus ad Cupidinem citat.

O domitor rerum & dux Amor,
Quicum nymphæ cæruleæ.
Et purpurea ludit Venus,
Et genua supplex amplector tua:
Tu propitius teneras exaudi preces,
Faue Cleobulo, suscipe amorem meum.

De hoc vero puero Cleobulo historiam (si non fabulam potius) apud Max Tyrium comperi: Quum ebrius, inquit, ac parum pedibus insistens esset Anacreon, in Panio Ionum foro nutricẽ quampiam Cleobulum infantem deferentem obuiam habuit: illosq; pra temulentia impulit simulque conuicio & contumelia. Tum vero Anacreonti est nutrix facta irata, deumq; rogauit. vt quo maiore puerum conuitio affecerat, eo in posterum maiore laude celebraret. idq; postea euenisse traditur. adoleuit enim infans, omniumq; eius ætatis formosissimus euasit: quem Anacreon mox multis versibus celebrauit. Et hæc quidem Maximus de Cleobulo. Pausanias etiam Anacreontis ebrii statuam describit, in quam, vt opinor, adhuc extat Leonidæ poetæ carmen. Qua vero ætate vixerit Anacreon, varie a scriptoribus traditur. Eusebius quidem LXI Olympiade eum commemorat: alii (vt Suidas refert) LXII quo tempore Sami felicem tyrannidem Polycrates exercuit, a quo & Anacreon ipse summopere amatus. ita vt ei frequentissime assisteret, quod Herodotus scribit. Tradunt Græci scriptores (quod & Arsenius in Græcis collectaneis retulit) Anacreontem, quum donatus quinq; talentis ab ipso Polycrate fuisset, duabus noctibus ex cogitatione pene somno caruisse: qua ex re ea restituisse, dicentem ὦ πρῶϛ αὖθι τῆς φρενώδους. Strabo quoque Anacreontis poesin Polycratis laudes continere ait. Sunt etiam qui non quidem XXV Olympiade (vt perperam apud Suidam scribitur) sed LXV vixisse velint, quo scilicet tempore Cyrus, & Cambyses regnarunt: quod Suidas refert. Nec desunt qui huius poetæ ætate scribant Teios relicta vrbe in Abderam Thraciæ demigrasse, quum haud quaquam Persarum contumelias (vel, vt Suidas ait, Hestiæi insolentiam) ferre possent. vnde & illud prouerbii loco vsurpatum, Abdera pulchra Teiorum colonia: cuius mentio est apud Strabonem. Scripsit vero præter hymnos Anacreon elegias, & iambos lingua Ionica: item & mela, quæ anacreontia dicta sunt, quæ suauia & iucunda fuisse innuit Gellius.

Gellius. meminit Hephaſtion & Dion Pruſieus. Scripſit & Rhizotomica, qua in commentariis Nicandri citantur: niſi forte hæ ſint alterius Anacreontis. Acron Horatianus interpres ſuper ea Horatii verba,

Nec ſiquid olim luſit Anacreon,
Deleuit ætas.

Ideo luſit, inquit, quia iocis & conuiuiis digna cantauit. Anacreon autem Satyram ſcripſit amicus Lyſandri. Alii dicunt quod ſcripſit Circen & Penelopen in vno Vlyſſe laborantes, vnde in primo libro,

Dices laborantes in vno
Penelopen vitreamque Circen.

Neanthes Cyzicenus barbiton ait Anacreontis poetæ inuentum fuiſſe, vt trigonon Ibyci: id quod & in cœnis Athenæi ab Vlpiano refertur. Inter longæuos vero connumeratur a Luciano, quod quinque & octoginta annos natus obierit. Plinius & Valerius Maximus acino vuæ paſſæ Anacreontem ſuffocatum tradunt: qua de re hoc eſt noſtri Calli carmen,

At te ſancte ſenex acinus ſub Tartara miſit,
Cygneæ clauſit qui tibi vocis iter.
Vos hederæ tumulum, tumulum vos cingite lauri,
Hoc roſa perpetuo vernet odora loco.
At vitis procul hinc procul hinc odioſa faceſſat,
Quæ cauſam diræ protulit vna necis.
Creditur ipſe minus vitem nunc Bacchus amare,
In vatem tantum quæ fuit auſa nefas.

Plato non ſemel ipſius meminit, vt in Theage & in Hipparcho: atque & ei nauem quinquaginta remorum obuiam miſſam ſcribit.

PRÆ FA-

PRÆFATIO IN ANACREONTEM ad Muſarum ſtudioſos: ex Græco Henrici Stephani ſermone in Latinum verſa.

SApienter profecto, ſi quicquam aliud diuinus Archilochus hoc dicit, de nulla re eſſe deſperandum, nullamque eſſe quam fieri non poſſe, iureiurando ſit contendendū. Ecce enim Teium Anacreontem, qui præter ſpem omnium mortalium in lucem prodiit tandem, abruptis adamantinis quibus adſtrictus tenebatur compedibus, iugulatisq; cuſtodibus multifariam oculatis, a quibus detinebatur. Exiſtimo autem fore vt, quo magis inſperatus fuerit eius aduentus, eo maiori cum beneuolentia & comitate illum excipiant (tanquam e cælo delapſum) quicunque hoc poematum genere delectantur. Atque iſtud eo dico quod ſciam, ſicut poetarum multum inter ſe diſcrepant ingenia, ſic & varia auditorum eſſe ſtudia. Vt enim vulgo aiunt, *Trahit ſua quemque voluptas.* Exemplo ſit Pindarus, cuius carminum alii quidem maieſtatem & magnificentiam admirantur, alii vero ſtructuram eius, velut aſperam quandam & incultam, obſcurasque ſententias auerſantur. Quinam autem ſunt illi? Nimirum muſarum quidem: at non item laboris amantes. Tales enim aut Sapphûs venuſtæ aut docti Anacreontis carmina lubentius legerint, in quibus gratiæ omnes effloreſcunt, & quorum ſcita floridaq; ſtructura canoras dumtaxat læuesque & molles voces admittit: in quibus denique perſpicua ſunt vocabula, & eiusmodi quę rotundo pronunciari ore poſſint, velutique torno quodam affabrefacta. Nimirum illi his aliisque huiusmodi illecebris deliniuntur, animumque ad hos appellere conſueuerunt, vtpote qui nullum alium quam voluptatis fructum ex poematis percipere velint. Quemadmodum enim nonnulli ſunt cibi quibus alii, quum ægrotant, tanquam medicamentis vtuntur, alii vero, cupediis dediti, etiam quum valent, illis ad voluptatem abutuntur: eodem ſane modo ad poetas quoq; alii, tanquam ad præceptores, ſe conferunt, alii eorum conſortio, tanquā congerronū dumtaxat, delectantur. Sed enī ii qui delectabilia dūtaxat ex illis venantur, quin ei quod poſtremū eſt, primū præcipuumq; dent locū, (quod Græci ἔργον facere τὸ πάρεργον dicunt) minime dubium eſt. At vero quicunq; ſapiunt, non aliter in multa variorū ſcriptorum copia,

quam

quam in magno conuiuii apparatu, vtiliſſimis poematibus, tanquam ſaluberrimis cibis, primum vtentes, poſtea iis quæ voluptatē afferunt, velut bellariis ſuam claudunt cœnam. Porro minime cuiquam debet mirum videri quod qui idem ſibi nomen vendicant, adeo inter ſe differre comperiantur. Siquidem & inter pictores & inter ſtatuarios, eandem artem profitentium longe diuerſa videre eſt artificia. Quid enim? nonne quidam eorum apud Rhodios coloſſum, quem Homerus ἠελιομήκη appellaret (Virgilius autem cælum æquare diceret) fabricatus dicitur: alius autem ex ebore adeo exiguam nauem, vt apis alæ eam vndique contegerent? Quemadmodum autem illum quidem coloſſum omnibus conſpicari facile erat, atque adeo iis qui lippitudine laborarent: at nauem non item omnes, ſed illi demum qui acutiſſima oculorum acie præditi eſſent, intueri valebant: ſic profecto ex poematibus ea quæ grandia ſunt & elatā ſuas virtutes cuilibet conſpicuas exhibent: at vero quæ humilia ſunt, ac veluti ſerpunt humi, occultum quendam ornatum habent, cuius ſenſu non omnes ſagaciſſimi quique ſolum afficiuntur. Sed de his hactenus. Illud præterea noſſe operæpretium eſt: quum nouem fuerint μελῶν (id eſt lyricorum carminum) ſcriptores, Anacreonti maiores quam aliis conceſſas fuiſſe a Muſis carminum delicias: vnde ab antiquis modo γλυκὺς aut ἡδὺς (id eſt dulcis ſeu iucundus) modo χαρίεις (id eſt feſtiuus) vocitatur. at vero Plato eum σοφὸν etiam appellatione dignatus eſt. Qui & tanto in honore ab Hipparcho ſcribit habitum hunc poetam, vt miſſa quinquaginta remorum naue eum in vrbem euocaret. Sæpe autem miratus ſum (& alios multos mecum admiratos puto) quod de eo memoriæ proditum eſt, eum quinque talentis a Polycrare donatum, quum iam per duas noctes de iis ſollicitus fuiſſet, reddidiſſe, ſe minime ſollicitudine digna ea iudicare dicentem. adeo magnos ſpiritus gerebat & magnifice de ſe ſentiebat poeta, vt ne pecuniis quidem ſuccumbere vellet. Nec vero mihi quisquam luxum eius criminetur, quæſo. Sunt enim, vt ait Heraclides Ponticus, gaudia & deliciæ, ingenuorum: (ſiquidem relaxant animos & incrementum illis præbent) at labores, ſeruorum & abiectæ conditionis hominum. Vnde fit vt tales ingenia ſua velut in anguſtum contracta habeant. Quod ſi cui incredibile videtur, poetam ad tantam prouectum ſenectutem, amatoria mordicus adhuc retinuiſſe, quod a Sophocle dicitur conſideret, equum generoſum, quamuis ſenex ſit,

ſit, in periculis animoſitate non deſtitui. Quinetiam ipſe Teius canit,

Senex at in choreis,
Senex quidem eſt capillis,
Iuuenis ſed vsque mente eſt.

Iam vero & Homerus ait,

Gaudeat hæc ſenibus, quorum iam tempora canent,
Robore quos languente, animi non deficit ardor.

Atque hæc fortaſſis, in mentione feſtiuiſſimi & cultiſſimi omnium poetarum, non præter decorum iocatus fuerim. Vos autem, vbi lyrica iſta cum aliqua oblectatione legeritis, niſi omnino ingrati eſtis, mihi gratiam habebitis, qui per multos labores multaque pericula vobis eam voluptatem procuraui.

HENRICI STEPHANI IN Anacreontis odas, Epigr.

Inuentis glandem qui non faſtidit ariſtis.
Poſt vuam latices non Acheloe tuos,
A noſtro abſiſtat procul ô procul ille poetæ:
Non facit ad fatuum barbitus hæc ſtomachum.
At tu quicunque es natus meliore palato.
Nectare & ambroſia qui ſatur eſſe cupis:
Qui veneres omnes, omnes guſtare lepores,
Graii delicias & cupis eloquii:
Qui vis Sirenas Suadaque audire medullam,
Huc ades, huc aures verte animumque tuum.
Namque his (Cecropio toto ſi lector Hymetto
Te ſatiare potes) te ſatiare potes.

EIVSDEM.

Aut hos verſiculos dictauit Apollo poeta,
Phœbea aut contra Teia muſa lyra.
Illud in ambiguo eſt: hoc conſtat, cantibus iſtis
Sæpe Pheratiada perſonuiſſe domum.
Qui non ergo huius capitur dulcedine verſus,
Nil ſapit, aut ipſo plus ſapit ille deo.

Φύσις

Φύσις ᾧ ἔνεστι κηλῆ,
Φύσις ᾧ ἔνεστι κομψῆ,
Λαβέτω ποίημα καλὸν,
Λαβέτω ποίημα κομψὸν,
Μέλιτός τε πιντὸς ἄζον,
Χαρίτων πίον τε παιπῶν.
Ἄχαρις δὲ ἧς πεφυκὼς
Καὶ ἀπαφρόδιτος ἀπὸς,
Μεθέτω ποίημα κομψὸν,
Μεθέτω ποίημα τερπνόν.
Ἱερὸν γὰρ ἐστι Μουσῶν,
Ἱερὸν δὲ κ' ἐστι Φοίβου,
Χαρίτων τε κ' Ἀφροδίτης.
Εἰ δ' οὖν ἐμοὶ ἀπιθῶν
Προπέμψῃ χέρας βεβήλους,
Διδέτω δίκλω θεοῖσιν
Ἁμῶ πᾶσιν ἠδὲ πᾶσαις,
Ἐμίηνεν ὧν τε ἱερά.

ANACRE-

ANACREONTIS TEII carmina.

Eodem versuum genere, partim ab HENRICO STEPHANO, *partim ab* ELIA ANDREA *expressa.*

De lyra.

HENR. STEPH. INTERP.

CAntem libens Atridas,
Cantem libensq; Cadmum:
Sed barbiti mihi vnum
Nerui sonant amorem.
Mutata nuper a me
Chelys fidesque cunctæ:
Iamque Herculis labores
Canebam: at illa contra
Sonabat vsque amores.
Heroes ergo longum
Mihi valete posthac.
Nam barbiti mihi vnum
Nerui sonant amorem.

De mulieribus. H. ST.

Tauro, ferire cornu,
Equo, ferire calce,
Lepori, valere cursu,
Natura dat leoni
Dentes hiante rictu.
Pisces docet natare,
Aues docet volare:
Prudentiam viris dat.
At fœminis nequiuit.
Quid ergo donat illis?

Deco-

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ μέλη.

Εἰς λύραν.

Θέλω λέγειν Ἀτρεΐδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἀ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.
Ἡμείψατο νεόρρα πρῶτον,
Καὶ τὴν λύρην ἄπασαν·
Κἀγὼ μὲν ἤδον ἄθλους
Ἡρακλέους, λύρη δὲ
Ἔρωτας αὐτεφώνει.
Χαίρειτε λοιπὸν ἡμῖν
Ἥρωες. ἡ λύρη γὰρ
Μόνους ἔρωτας ᾄδει.

Εἰς γυναῖκας.

Φύσις πέρδικα δούρεις,
Ὀπλαῖς θ' ἑδώκεν ἵππους,
Ποδωκίλῳ λαγωοῖς,
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
Τοῖς ἰχθύσι τε νηκτόν,
Τοῖς ὄρνεοις πέτασθαι,
Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα
Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.
Τί οὖν δίδωσι; κάλλος,

Αντ'

Αντ' ἀσπίδων ὡπάσων,
Αντ' ἐγχέων ἁπάντων.
Νικᾷ δὲ κ) σίδηρον
Καὶ πῦρ καλή τις ἔσσι.

Εἰς Ἔρωτα.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Καθ' ἡσυχῇ τὸν Βοώτην,
Μεθύπων ζ φῦλα πάντα
Κάπνη κόπῳ δαμέντα,
Τότ' Ἔρως ἐπιστὰς μεθ'
Θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας.
Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Καθ' μεθ' ἡσυχίης ὀνείρους.
Ὁ δ' Ἔρως, ἄνοιγε, φησί·
Βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβησαι.
Βρέχομαι ζ, κἀσέλινον
Καθ' νύκτα πεπλάνημαι.
Ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας
Ἀνὰ δ' ὦθν λύχνον ἅψας,
Ἀνέῳξα. κ βρέφος μὲν
Ἐσορῶ, φέρειν τόξον,
Πτέρυγάς τε κ) φαρέτρην.
Παρὰ δ' ἰσίλλῳ καθίσας,
Παλάμῃσι χεῖρας αὐτοῦ
Ἀνέθαλπον, ὡς δὲ χαίτης
Ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
Ὁ δ', ἐπεὶ κρύος μεθῆκε,
Φέρε, φησὶ, πειράσωμεν·
Τόξον ἐσί μοι νεῶν.
Βλάβεται βραχεῖσα νευρή.
Ταυτί δὲ, κἀμὲ τύπτει
Μέσον ἦπαρ, ὥσπερ οἶστρος.
Ἀνὰ δ' ἅλλεται κεχάζων,
Ξένε δ' εἶπε, συγχάρηθι·
Κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐσι,
Σὺ ζ καρδίην πονήσεις.

Εἰς

Decoram habere formam:
Pro parmulisque cunctis,
Pro lanceisque cunctis.
Quin flamma cedat illi
Ferrumque, si qua pulchra est.

De Cupidine. H. ST.

Nuper, silente nocte,
Quum iam iacebat Vrsa
Circa manum Bootæ,
Et corpus omne somnos
Fessum labore carpit:
Superuenit foresque
Meas Cupido pulsat.
Quis tundit ostium, inquam,
Turbatque somniantem?
Reclude (clamat ille,)
Fores, metumque pone.
Nam sum puellus, & per
Illunem oberro noctem,
Madens ab imbre totus.
Vt audii hæc, miseritus
Accendo lumen atque
Meos recludo postes.
Tunc conspicor puellum,
Sed arcum habentem & alas,
Sed pendulam pharetram.
Foco admouetur a me,
Manibus manus & eius
Foueo vt calescat, imbrem
Et exprimo capillis.
Ille, vt recessit algor,
Probemus, inquit, arcum,
An læsus imbre neruus.
Statimque tendit illum,
Ferit & mihi sagitta
Medium iecur, quasi œstrum.
Tunc exilit cachinnans:
Aitque, gratulare
O hospes ecce, saluus
Meus quidem mihi arcus,
At cor tibi dolebit.

De

De seipso. H. ST.

Teneris superque myrtis,
Super & virente loto
Recubans, bibam lubenter:
Religatus at papyro
Tunicam Cupido collo,
Mihi poculum ministret.
Rota nam velut curulis
Properat volucris ætas:
Tenuis iacebimusque
Cinis, ossibus solutis.
Tumulum quid est quod vngas,
Vel humo quod ebibenda
Peritura dona fundas?
Potius manente vita,
Roseas meo corollas
Capiti ferasque odores:
Mihi & enoces amicam.
Etenim priusquam ad Orci
Rapiar nigri choreas,
Volo dissipare curas.

De rosa. H. ST.

Rosam amoribus dicatam
Sociemus ad Lyæum:
Foliis rosam decoram
Capiti reuincientes,
Calices iocemur inter.
Rosa, honor, decusque florum:
Rosa, cura amorque veris:
Rosa, cælitum voluptas.
Roseis puer Cytheres
Caput implicat corollis,
Charitum choros frequentans.
Agedum ergo me corona
Pater ô Lyæe, templis
Modulans tuis vt adstem:
Roseis comasque sertis
Redimitus, atque pulchra
Comitante me puella,
Choreas & ipse ducam.

De

Εἰς ἑαυτόν.

Ἐπὶ μυρσίναις περείναις,
Ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις
Στορέσας θέλω σεσηπέναι.
Ὁ δ' Ἔρως χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος πυρίνῳ,
Μέθυ μοι διακονείτω.
Ταχὺς ἅρματος γὰρ οἷα,
Βιότου τρέχει κυλίσθεις·
Ὀλίγη ζ κεσόμεθα,
Κόνις ὀστέων λυθέντων.
Τί σε δεῖ λίθον μυελίζειν,
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια, ἢ
Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις ζ κρᾶτα
Πύκασον· καλῇ δ' ἑταίρῃ.
Περὶν Ἔρως ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν
Ὑπὸ νερτέρων χορείας,
Σκιδάσαι θέλω μεριμνας.

Εἰς ῥόδον.

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων
Μίξωμεν Διονύσῳ.
Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
Κεφαλῇσιν ἁρμόσαντες,
Πίνωμεν ἀβρὰ μελῶντες,
Ῥόδον, ὦ φέριστον ἄνθος,
Ῥόδον, ἔργα μέλημα.
Ῥόδα κ) θεοῖσι τερπνά.
Ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης
Στέφεται καλοῖς ἰούλοις,
Χαρίτεσσι συγχορεύων.
Στέψον αὖ με, κ) λυαῖον
Παρὰ σοῖς Διονυσιήταις,
Μετὰ κούρης βαθυκόλπου
Ῥοδινοισι στεφανίσκοις
Πεπυκασμένος χορεύσω.

Vita est fugax.
Dum vitæ fuit genio est curandum.

D

Εἰς

Εἰς τὸν αὐτόν.

Στεφάνους μὲν ροδίνοις
Ῥοδίνους συναρμόσαντες
Μεθύομεν ἄεργα γελῶντες·
Ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρη
Καλῷ κιοσοῖσι βρέμονται
Πλοκαμίδες φέρουσα θυρσοὺς
Χλιδανοσφυρος χορεύει.
Ἁβροχαίτης δ' ἅμα κοῦρος
Στομάτων ἀδυπνεόντων,
Καλῷ πηκτίδων ἀθύρων,
Προσκέκλιται ὁμφακί.
Ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτης
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου
Καὶ τῆς καλῆς Κυθήρης
Τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
Κῶμον μίτοισι χαίρων.

Εἰς Ἔρωτα.

Ὑακινθίνῃ μεράδδᾳ
Χαλεπὸς Ἔρως βαδίζων
Ἐκέλευσε σπουδαίως,
Διὰ δ' ὀξέων μ' αὐλώρων
Ξυλόχων τε καὶ φαράγγων
Τροχάοντα πεῖρεν ὕδρος.
Κραδίη δὲ ῥιπὸς ἄκρης
Ἀνέθαμνε· κἀν ἀπίσθιν
Ὁ δ' Ἔρως μέτωπα σείων
Ἁπαλοῖς πλέκτροισιν εἶπεν,
Σὺ γὰρ ἄθυμε φιλήσεις.

Εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνειρον.

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
Ἁλιπορφύρεοις πέπλοις,
Γεγανυμένος Λυαίῳ,
Ἐδόκουν ἄκρεσι παρεῖς
Δρόμον ὠκὺν ἐλαύνειν,
Μετὰ παρθένων ἀθύρων.

De eadem. H. ST.

Roſeis comas corollis
Redimita turba molles
Sociat iocos Lyæo.
Citharas & ad ſonantes
Teneris puella plantis
Agitat choros, ſtrepentem
Hederis geritque thyrſum.
Tenero at puer capillo
Simul ore ſuaueolenti
Sonat hic modos canoros,
Simul & fides retentat.
Sed & aurea decorus
Veniens coma Cupido,
Comitante cum Lyæo,
Comitante cum Cythere,
Senibus voluptuoſam
Choream lubens frequentat.

De Amore H. ST.

Hyacinthino bacillo
Adigebat ad ſequendum
Celeri Cupido curſu.
Salebroſa ſed fluenta,
Fruticeta valliumque
Propere perambulantem
Pupugit latenter hydrus.
Mihi iamque ſubſilibat
Cor ad ima naris vſque:
Animamque reddidiſſem:
Teneris mihi ſed alis
Agitans Cupido frontem
Ait, Ergo amare diſce.

De ſuo ſomnio.

ELIA AND interprete.

Tyrio in tapete noctu
Facili fruens ſopore,
Hilaratus ante Baccho,
Mihi cum puellularum
Grege luſitans videbar
Celeri volare curſu.

Ibi

Ibi vero molliores
Pueri bono Lyæo
Mihi virgines ob illas
Probra rurſus ingerebant.
Volui ſuauiari: at
Subito excitum relinquunt.
Ita vero deſtitutus
Repeto miſer ſoporem.

De columba. H. ST.

Amabilis columba,
Vnde vnde pergis, aut quo?
Tot vnde nunc odores,
Huc aduolans per auras
Spirasque depluisque?
Eho quid iſtud ad te?
Anacreon ſuum me
Huc miſit ad Bathyllum,
Illum Bathyllum, vbique
Qui regnat imperatque.
Me paruulo Cythere
Addixit hymnulo illi.
Sic ergo Anacreon me
Nunc vtitur miniſtra.
Et en vides vt eius
Iſtas fero tabellas.
Breuique pollicetur
Me liberam futuram.
Veruntamen manu me
Vt mittat, eius vsque
Manere ſerua malo.
Nam quid neceſſe montes
Circumuolare & agros,
Et inſidere ramis.
Baccas edentem agreſtes?
At nunc mihi poteſtas
Raptum ex Anacreontis
Manu comeſſe panem:
Vinum biboque ſolum
Quod ipſemet propinat.
Sin forte pota ſalto,

Pennis

Ἐπεκερτόμησεν ἡμῖν παῖδες
Ἁπαλώτεροι Λυαίου,
Δακέθυμά μοι λέγοντες,
Διὰ σὲ καλαὶ ἐκεῖναι.
Ἐθέλοντα μ' ἐφίλησαν
Φύγην ἐξ ὕπνου με πάντες.
Μεμνημένος δ' ὁ τλήμων
Πάλιν ἤθελον καθεύδειν.

Εἰς ἑαυτὸν.

Ἐρασμίη πέλεαι,
Πόθεν ποθὲν πέτεσαι;
Πόθεν μύρων τοσούτων.
Ἐπ' ἤρος ἡδομένη,
Πτέρυξι τῇσι ψεκάδος;
Τίς ἐσσι, σοὶ μέλει δή;
Ἀνακρέων μ' ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα τὸν Βάθυλλον,
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατοῦντα καὶ τύραννον.
Πέπρακέ με Κυθήρη
Ἀδούλιον μικρὸν ὕμνον·
Ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
Διακονῶ τοσοῦτο.
Καὶ νῦν οἵας ἐκείνου
Ἐπιστολὰς κομίζω·
Καί φησιν οὐδένως με
Ἐλεύθερον ποιήσειν.
Ἐγὼ δὲ, κἢν ἀφῇς με,
Δέλη μενῶ παρ' αὐτῷ.
Τί γὰρ με δεῖ πέτεσθαι
Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγροὺς,
Καὶ δένδρεσιν κατίζειν,
Φαγέσαν ἀγρίου τι;
Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον
Ἀφαρπάσασα χερῶν
Ἀνακρέοντος αὐτοῦ·
Πιεῖν δὲ μοι δίδωσι
Τὸν οἶνον ὃν πρόπινε.
Πιοῦσα δ' αὖ χορεύσω,

Καὶ

Καὶ δεπότιλω Ανακρέοντα
Πτερῦσι συσκιάλύψω.
Κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ
Τῷ βαρβίτῳ κοιμεύδω.
Ἔχεις ἅπαντ', ἄπελθε.
Λαλιστέρων μ' ἔθηκας
Ἀνθρωπικὴ κορώνης.

Εἰς ἔρωτα κήρινον.

Ἔρωτα κήρινόν τις
Νεῖλιος ἐπώλει.
Ἐγὼ δέ οἱ παραστὰς,
Πόσου θέλεις, ἔφην, σοὶ
Τὸ τευχθὲν ἐμπεσίωμμα;
Ὁ δ' εἰπὲ δωρεάζων,
Λάβ' αὐτὸν ὁπόσου λῆς.
Ὅμως δ' ὦ ἐμμάθης πᾶν,
Οὐκ εἰμὶ κηροτέχνης,
Ἀλλ' ἐθέλω σωσικεῖν
Ἔρωτ παντρέκτην.
Δὸς οὖν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
Δραχμῆς καλὸν σώσωνον.
Ἔρως, σὺ δ' οὐθέως με
Πύρωσον· εἰ δὲ μὴ, σὺ
Καλῶ φλογὸς τακήσῃ.

Εἰς ἑαυτόν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων γέρων εἶ
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄνδρὸς
Κόμας μὲν οὐκέτ' ὄψει,
Ψιλὸν δὲ σου μέτωπον.
Ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν,
Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον,
Οὐκ οἶδα· τὸν δ' οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Ὅσῳ πέλας τὸ μοίρης.

Εἰς

Pennis Anacreonta
Herum meis obumbro:
In eius & reclinans
Me barbito, quiesco.
Hæc summa: iam valeto.
Tu me loquaciorem
Cornice reddidisti.

De amore coreo. E. A.

Dum cereus cuidam
Venundatur Cupido,
Amice dicito, inquam,
Quanti indicas Amorem
Istum mihi, politum
Opus tuum? ille vero,
Quanti velis, habe, inquit.
At rem scias vt ipsam,
Nil cereum ipse fingo,
Sed ferre nolo Amorem
Domi, omnium apperentem.
Da vero, da mihi, inquam,
Drachma. cubabit iste
Mecum puer venustus.
At tu statim, Cupido,
Amabo fac calescam:
Nam si negabis, ipse
Flamma statim liquesces.

De seipso. H. ST.

Dicunt mihi puellae,
Anacreon senex es.
Speculum cape, intuere
Nullae vt comae supersint,
Tibique glabra sit frons.
At, an comae supersint,
Defluxerint an omnes,
Hoc nescio: sed illud
Certo scio, decere
Senem, hoc magis vacare
Amoribus iocisque,
Quo mors magis propinquat:

Ad

Ad hirundinem. H. ST.

Quibus loquax quibusnam
Te plectam hirundo pœnis?
Vtrumne vis volucres
Alas tibi recidam?
Imam secem ve linguam?
Tibi quod ille Tereus
Fecisse fertur olim?
Nam tu quid ante lucem
Meas strepens ad aures,
E somniis beatis
Mihi rapis Bathyllum?

In seipsum. EL. AN.

Gallus furebat Atys
In montibus Cybellen
Magno sonans boatu:
Nec non aquam bibentes
Apollinis disertam
Ripis Clari, furore
Acti subinde clamant.
Ego simul Lyaei,
Nardi simul fragrantis
Satur, simul puellis,
Libens libens proteruo
Præceps agor furore.

De Cupidine. H. ST.

Libet libet iam amare.
Cupido me monebat
Vt amator esse vellem:
At ego insciens monenti
Parere negligebam.
Mox ergo sumpsit arcum,
Et auream pharetram,
Me prælio lacessens.
Ego vero, vt olim Achilles,
Lorica amictus, atque
Scuto minax & hasta,
Cum Amore præliabar.
Iaciebat ille tela,
Vertebam at ipse terga.

Tan

Εἰς χελιδόνα.

Τίσοι θέλῃς ποιήσω,
Τί σοι λάλη χελιδών;
Τὰ πτερά σευ τὰ κοῦφα,
Θέλῃς λαβὼν ψαλίξω;
Ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ
Τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς
Ἐκεῖνος, ἐκτελέξω;
Τί μοῦ καλῶν ὀνείρων,
Ὑποβρίσασι φωνῆς,
Ἀφήρπασας Βάθυλλον;

Εἰς ἑαυτόν.

Οἱ μὲν καλοὶ Κυβήβῃ
Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
Ἐν ὄρεσιν βοῶντα
Λέγουσιν ἐμμανῶς·
Οἱ δὲ Κλάρου παρ' ὄχθας
Δαφνηφόρου Φοῖβε
Λάλον πιόντες ὕδωρ,
Μεμηνότες βοῶσιν.
Ἐγὼ δὲ τῶν λυαίων
Καὶ τοῦ μύρου κορεσθείς,
Καὶ τῆς ἐμῆς ἑτοίρης,
Θέλω θέλω μανῆναι.

Εἰς ἔρωτα.

Θέλω θέλω φιλῆσαι.
Ἐπῄνεσ' Ἔρως φιλεῖν με·
Ἐγὼ δ' ἔχων νόημα
Ἄβουλον, οὐκ ἐπείθην·
Ὁ δ' αὖθις τόξον ἄρας
Καὶ χρυσίην φαρέτρην,
Μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
Κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων
Θώρηκ', ὅπως Ἀχιλλεύς,
Καὶ δοῦρα καὶ βοείην,
Ἐμαρνάμην Ἔρωτι.
Ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον,
Ὡς δ' οὐκέτ' εἶχ' οἰστοὺς

Ἡχαλκευ, εἴθ' ἐαυτὸν
Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον.
Μέσος δὲ καρδίης μοῦ
Ἔδυσε, καί μ' ἔλυσε.
Μάτην σ' ἔχω βοείην.
Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

Εἰς ἑαυτόν.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος·
Οὐδ' αἱρέει με χρυσὸς,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.
Ἐμοὶ μέλει μύρῳσι
Καταβρέχειν ὑακίνθῳ·
Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
Καταστέφειν κάρηνα.
Τὸ σήμερον μέλει μοι,
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;

Ὡς οὖν ἔτ' οὖσ' ἔξεστι,
Καὶ πῖνε κἀκύβδα.
Καὶ σπένδε τῇ Λυαίῳ,
Μὴ νοῦσος ἢν τις ἔλθῃ,
Λέγῃ, σὲ μὴ δεῖ πίνειν.

Εἰς ἑαυτόν.

Σὺ μὲν λίγεις τὰ Θήβης,
Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀοιδὸς,
Ἐγὼ δ' ἐμὰς ἀλώσεις.
Οὐχ ἵππος ὠλέσειν με,
Οὐ πεζὸς, οὐ νηῦς·
Στρατὸς δὲ κηρὸς ἄλλος,
Ἀπ' ὀμμάτων βαλών με.

Εἰς ποτήριον ἀργυροῦν.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας.
Ἐφαιδρύνθη μοι ποίησον,

Παν-

Tandemque missili omni
Quum destitutus esset,
Ira æstuans iacit se
In me, velut sagittam:
Penetrans & in cor vsque
Medium resoluit artus.
Scutum ergo nil iuuat me:
Nam cur petamur extra,
Quum prælium sit intus?

De seipso. H. ST.

Nil curo Sardiani
Regni Gygen potentem.
Auri nec appetens sum,
Nec inuidens tyrannis.
Sed curo delibutam
Vnguento habere barbam:
Sed implicare curo
Meos rosis capillos.
Hodierna curo tantum:
Quis cras futura nouit?
Addat qui volet hos quinq; versus, quamuis in vno tatum exemplari Graco reperiu.
Age ergo dum fauet sors,
Ludo vaca & Lyæo:
Ne si quis opprimat te
Morbus repente dicat,
Ohe satis bibisti.

De seipso. H. ST.

Thebana bella cantas,
Troiana cantat alter:
Meas & ipse clades.
Me non eques pedesve,
Non perdidêre naues:
Aliud nouum, sed agmen,
Dominæ insidens ocellis,
Et inde tela mittens.

De poculo argenteo. H. ST.

Torno mihi labora
Argentum, & inde finge

Vulcane

Vulcane non quidem arma,
(Nam quid Gradiuus ad me?)
Sed poculum mihi fac
Quantum potes profundum.
Insculpitoque in illo
Non astra plaustrave vlla,
Tristem nec Orionem:
(Nam Pleiades quid ad me,
Quid lucidus Bootes?)
Vitem sed & racemos
Insculpe, cumque Baccho
Vuas simul prementes
Cupidinem & Bathyllum.

De eodem. E. AN.

Ars bella delicatum
Scyphum mihi elabora
Argenteum: nouum ver
Effinge, veris hora,
Hora rosas ferente,
Rosas quibus nec vlla
Mihi prior voluptas.
Id vero vbi explicaris,
Affinge potionem,
Dulcissimam sed illam:
Nefarium sacrorum
Ritum aufer exterûm, nec
Sit tristis vlla imago.
Cælato vero nobis
Prolem Iouis Lyæum.
Dulcemque temperato
Mystis Venus liquorem,
Quæ nuptiis amica.
Insculpe Amorem inermem,
Et Gratias iocantes
Vitis sacræ sub vmbra,
Pendentibus racemis
Et pampino frequentis.
His insuper venustos,
Ni Phœbus ipse ludat,
Addas velim iuuencos.

Biben-

Παννοπλίαν μὲν ἐχέ.
Τί γὰρ μαχοῖσι καὶ μοί;)
Ποτήριον δ' ἐμοὶ κοῖλον
Ὅσον δυνῇ βαθύνον.
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ
Μήτ' ἄστρα, μήθ' ἁμάξας,
Μὴ τυγὸν Ὠρίωνα.
(Τί Πλειάδες καὶ μοί,
Τί δ' ἄστρα Βοώτεω;)
Ποίησον ἀμπέλους μοι
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ χρυσέους τραγῴδῶς,
Ὁμοῦ καλὰς λυαίους,
Ἔρωτα καὶ Βαθύλλον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Καλὴ τέχνα τόρευσον
Ἔαρος κύπελλον ἡδύ,
Τὰ ὥρεα τερπνὰ ἡμῖν
Ῥόδα φέρουσαν ὥρην.
Ἀργύρεον δ' ἀπλώσας,
Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν.
Τῶν τελετῶν πάραινῶ
Μή μοι ξένον τορεύσῃς,
Μὴ φόβητρον ἱερήμου.
Μᾶλλον ποίει Διὸς γάνος
Βάκχου εὔιον ἡμῖν.
Μύστις κάμοντος ἡ Κύπρις
Ὑμεναίοις κροτοῦσα
Χαρᾶσιν ἐρώτων αὐλοῦσα,
Καὶ Χάριτες γελῶσαι
Ὑπ' ἄμπελον διπλόην
Εὐβότρυον κομῶσαν.
Σωσάπολις κούρους διπλοῦς
Ἂν μὴ Φοῖβος αὐτῇ.

Εἰς τὸ δεῖν πίνειν.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει.
Πίνει δ' ἄνδρε' αὐτὴν,
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.
Τί μοι μάχεσθ' ἑταῖροι,
Κ' αὐτὸν θέλοντι πίνειν;

Εἰς κόρην.

Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη
Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις.
Καὶ πῆς ποτ' ὄρνις ἔπλη
Πανδίονος χελιδών.
Ἐγὼ δ' ἐσοπτεύων ἔλω,
Ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με.
Ἐγὼ χιτὼν θυοίμην,
Ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
Ὑδωρ θέλω γενέσθαι,
Ὅπως σὲ χρῶτα λούσω.
Μύρον γενοῖ θυοίμην.
Ὅπως ἐγώ σ' ἀλείφω.
Καὶ ταινίη δ' μεσσῶν,
Καὶ μάρμαρον τραχήλου.
Καὶ σανδαλον θυοίμην,
Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

Εἰς ἑαυτὸν.

Δότε μοι δότ' ὦ γυναῖκες
Βρητίῃ πιεῖν ἀμυστί.
Ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη
Περιπεθεὶς αὑαίνομαι.
Δότε δ' αὐθέων ἐκείνῳ
Στεφάνους δ' οἵους πυκάζω,
Τὰ μέτωπά μου ἐπικρίει.
Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων
Κεφαλὴ ἵνα σκεπάζω.

Εἰς Βάθυλλον.

Παρὰ τίλω σκιλὼ Βάθυλλε

Κάθι-

Bibendum esse. H. ST.

Fœcunda terra potat,
Hanc arboresque potant.
Et potat æquor auras,
Phœbusque potat æquor,
Ipsumque Luna Phœbum,
Quid ergo vos sodales
Potare me vetatis?

Ad puellam. H. ST.

Nioben stetisse dicunt
Saxum ad fluenta Troiæ:
Pandionisque fertur
Hirundo facta quondam
Nouis volasse pennis
Speculum sed ipse fiam,
Vt vsque specter a te.
Vestis, puella, fiam,
Vt vsque gester a te.
Liquor esse purus optem,
Lauem tuos vt artus.
Vnguentum & esse molle,
Artus tuos vt vngam.
Aut sim monile collo,
Strophium aut tuis papillis.
Sim calceus, tua me
Saltem terasque planta.

In seipsum. E. AN.

Date mi, date ô puellæ
Cyathum, vt bibam, Lyæi,
Quia me bibit quoque ipsum
Calor aridus iam, & ægre
Animam trahens anhelo.
Date flosculos Lyæi,
Date serta, queis calentem
Amo frigerare frontem.
Penitissimos amorum
Aliter tego calores,
Alioque condo corde.

In Bathyllum. E. AN.

Agedum Bathylli ad vmbram

Statue

Statue arborem virentem.
A[illegible]tet comasque molles
T[illegible]neræ sonentque frondes,
Prope fons fluat perennis
Suadæ, strepente lympha.
Quis eo applicare nolit
Vbi viderit viator?

De auro. H. ST.

Si prorogare vitam
Vis vlla posset auri,
Addictus vsque & vsque
Auro forem aggerendo:
Vt quando mors veniret,
Accepto abiret auro.
Sin comparare vitam
Mortalibus nefas est,
Quid conquerar, quid autem
Lamenta vana fundam?
Si nanque certa morti
Me fata destinarunt,
Quis restat vsus auri?
Mero volo madere
Inter meos sodales:
Dulcem volo puellam
Molli sinu fouere.

De seipso. E. AN.

Mortalis editus sum
Vitæ ad viam terendam:
Quantumque iam peregi
Cursum scio, at latet me
Quantum viæ supersit.
Tu vero abito cura,
Mecum tibi nihil sit:
Lætabor ante metam,
Iocabor, atque pulchro
Saltabo cum Lyæo.

In seipsum. E. AN.

Mihi, bibendo vinum,
Ærumna dormit omnis.
Ad me quid attinet labor?

Quid

Κάθισον κηλὸν τὸ δένδρον.
Ἁπαλαὶ πίσει δὲ χαίτης
Μαλακωθέντω κλαδίσκω.
Παρὰ δ' αὐτὴ ἐρεθίζει
Πηγὴ ῥέεθρα ποιοῦσα.
Τίς αὖ οὗτ' ὀρῶν παρέλθοι
Καθιζάνιον τοιοῦτον;

Εἰς χρυσόν.

Ὁ πλοῦτος εἴτε χρυσοῦ
Τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς,
Ἐκφερτέρως φυλάττων,
Ἵν' αὖ θανεῖν ἐπέλθῃ,
Λάβῃ τι κἀπαρέλθῃ:
Εἰ δ' ἐδὲ τὸ πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
Τί κἀμοὶ στενάζω,
Τί δ' ἡμᾶς ἀφθίτους
Θανεῖν δὲ πίστεωσεν,
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
Ἐμοὶ θυοῦτο πίνειν,
Πιόντι δ' οἶνον ἁδύν,
Ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι,
Ἐν δ' ἁπαλαῖσι κοίταις
Τελεῖν τὰν ἀφροδίσιον.

Εἰς ἑαυτὸν.

Ἐπεὶ δὴ βροτὸς ἐτύχθην
Βιότου τρίβον ὁδεύειν,
Χρόνον ἔγνων ὃν παρῆλθον,
Ὃν δ' ἔχω σφαλεῖν σὺν οἴδα.
Μέθετέ με φροντίδες,
Μηδέν μοι κῆδε ὑμῖν ἔστω.
Περὶν ἐμὲ φθάσαι τὸ πέλον,
Παίξω, γελάσω, χορεύσω.
Μετὰ τᾶς καλοῦ Λυαίου.

Εἰς ἑαυτὸν.

Ὅταν πίνω τὸν οἶνον,
Εὔδουσιν αἱ μέριμναι.
Τί μοι πόνων, τί μοι γόων,

Τί

Τί μοι μέλει μεριμνῶν;
Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω·
Τί δ' τὸν βίον πλανῶμαι;
Πίωμεν οἶνον ἡμῖν·
Τὸν τῆς καλοῦ Λυαίου.
Σοὶ γὰρ δὲ πίνειν ἡμῖν
Εὔδουσιν αἱ μέριμναι.

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅταν ὁ βάκχος εἰσέλθῃ,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι·
Δοκῶν σὲ ἔχειν τὰ Κροίσου,
Θέλω καλῶς ἀείδειν·
Κισσοφορὴς δὲ κῶμος,
Πατεῖ σὲ ἄπαντα θυμόν.
Ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω.
Φέρε μοι κύπελλον ὦ παῖ.
Μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
Πολὺ κρεῖσσον ἢ θανόντα.

Εἰς Διόνυσον.

Τῆς Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος
Ὁ λυσίφρων, ὁ λυαῖος,
Ὅταν εἰς φρένας ἔλθῃ μοι
Εἰσίλθῃ μεθυδέτας,
Διδάσκει με χορεύειν.
Ἔχω δὲ κοὐ τι πέρπνὸν
Ὁ ζῆν μὴ μὴ ἐρασταί.
Μυρὶ κρήτων, μέτ' ᾠδῆς,
Τέρπει με κ' Ἀφροδίτη,
Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

Εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἑταῖρον.

Ἄγε ζωγράφων ἄριστε.
Γράφε ζωγράφων ἄριστε,
Ῥοδίης κοίρανε τέχνης.
Ἀπεόντων ὡς αὖ εἴπω
Γράφε τὸν ἐμὸν ἑταῖρον.
Γράφε μοι τρίχας τοιαύτας
Ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
Ὃ δ' κηρὸς αὖ δώσῃ τι,

Γράφε

Quid cura, quidve luctus?
Mors me manet, nolim licet.
Vitæ iuuat quid error?
Ergo merum bibamus,
Pulchri merum Lyæi.
Bibendo namque vinum
Ærumna dormit omnis.

De seipso. H. ST.

Vt me subit Lyæus,
Tunc cura dormit omnis,
Crœsumque sperno præme:
Dulcis repente nostro
Erumpit ore cantus.
Hedera comasque cingens,
Proculco mente cuncta.
Ad arma currat alter,
Ad pocula ipse curram.
Puer ocyus scymphum da.
Nam præstat ebrium me
Quam mortuum iacere.

De Baccho. E. AN.

Bacchus, puer Tonantis,
Liber pater Lyæus,
Dum pectus it sub imum,
Dulci rigans liquore,
Saltare perdocet me.
Nec vilis ebrioso
Mea est mihi voluptas.
Cum carmine atque plausu
Delectat alma Cypris:
Post illa salto rursus.

De sua amica. H. ST.

Agedum perite pictor.
Pinge ô perite pictor
Rhodiæ magister artis:
Absentem vt edocebo,
Depingito mi amicam.
Depinge mollicellos
Primum nigrosque crines:
Si fert & ipsa cera,

Vnguenta

Vnguenta pinge olentes.
Nigroque sub capillo,
Genis abusque primis
Frontem fac illi eburnam.
Supercili nigrantes
Discrimina nec arcus,
Confundito nec illos:
Sed iunge sic vt anceps
Diuortium relinquas,
Quale esse cernis ipsi.
At ignis instar, eius
Sit fulgurans ocellus:
Et glaucus, vt Mineruæ,
Et pætus, vt Cytheres.
Nasum genasque pinge,
Lacti rosas remiscens.
Pithûs sit at labellum,
Quod osculum lacessat.
Intraque molle mentum,
Per colla læuia omnes
Sint Gratiæ volantes.
At vltimum nitente
Illa induatur ostro.
Pateat tamen mihi pars
Cutis pusilla, totum
Qua corpus arguatur.
Quid plura? eam ecce cerno.
Loquêre credo cera.

De Bathyllo. H. ST.

Meos Bathyllum amores,
Vt te docebo pinge.
Nitidas comas fac illi,
Intus quidem nigrantes,
At aureas superne.
Dehinc inordinatos
Recolligens capillos,
Permitte lege nulla
Cincinnulos vagari.
Teneram pilusque frontem
Supercili coronet

Mage

Γράφε καὶ μύρου πνέοντας.
Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς
Ὑπὸ πορφύρασι χείτωνας
Ἐλεφαντίνην μέτωπον.
Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
Διάκοπος, μήτε μίσγε·
Ἐχέτω δ' ὅπως ἐκείνη,
Τὸ λελησθότως σωφρονοῦν
Βλεφάρων ἵτων κελαινῶν.
Τὸ δὲ βλέμμα νεῦε ἀληθῶς
Ἀπὸ τῆς πυρὸς ποίησον,
Ἅμα γλαυκὸν ὡς Ἀθήνης,
Ἅμα δ' ὑγρὸν ὡς Κυθήρης.
Γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς.
Ῥόδα τοῖς γάλακτι μίξας.
Γράφε χεῖλος οἷα πειθοῦς,
Πρὸς καλὸν μύθιον φίλημα,
Τρυφερὸν δ' ἔσω χυθέν
Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ
Χαίτας πέτοιντο πᾶσαι.
Στόλισον τολοιπὸν αὐτὸν
Ὑποπορφύρεσι πέπλοις.
Διαφαινέτω δ' σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
Ἀπ' αὐτοῦ βλέπω δ' αὐτόν.
Τάχα κηρὲ καὶ λαλήσεις.

Εἰς Βάθυλλον.

Γράφε μοι Βάθυλλον ὅτι
Τὸν ἐτταίρον ὡς διδάσκω.
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν, μελαίνας,
Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἠλιώσας·
Ἑλικὰς δ' ἐλευθέρους μοι,
Πλοκάμων ἄτακτα σειομένας,
Ἄφες ὡς θέλουσι κεῖσθαι,
Ἁπαλὸν δ' ὀφρυῶδες
Στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς
Κυανωτέρη δρακόντων.

Μίλαν

Μίλαν ὄμμα γοργὸν ἔχω,
Κεκερασμένον γαλήνῃ·
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρεος ἔλαχον,
Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης.
Ἵνα τὶς τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
Ῥοδινὸν δ' ὀπῖον μῆλον
Χνοΐλον ποίει παρειήν.
Ερύθημα δ' ὡς ἂν ἀϊδνὸς
Δυώσαν βαλεῖν, ποίησον.
Τὸ δ' χεῖλος ὁπόσ' ἐστὶν οἶδα
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσῃς.
Ἀπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς.
Τὸ δὲ πᾶν ὁ κηρὸς αὐτὸς
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
Μίαν δὲ παῤῥασσον ἔχω.
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον,
Ελεφαντίνῳ τραχήλῳ.
Μεταμάζιον δὲ ποίει
Διδύμους τε χεῖρας Ἑρμοῦ,
Πολυδεύκεος δὲ μηρούς,
Διονυσίῳ δὲ νηδύν.
Ἀπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
Αφελῆ ποίησον αἰδῶ,
Παφίῃ θέλουσαν ἤδη.
Φθονερὸν ἔχεις τὸν τέχνῃ,
Ὅπ μὴ τὰ νῶτα δείξας
Δυώσας· τὰ δ' ἐμοὶ σῷ μένοντα.
Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
Λάβε μισθὸν ὅσον ἄπῃς.
Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ βούτην
Καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.
Ἦν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

Εἰς Ἔρωτα.

Αἱ μοῦσαι τὸν Ἔρωτα
Δήσασαι στεφάνοισι,
Τῇ Κύπριδι παρίδωκαν.

Καὶ

Mage cærulus dracone.
Oculus niger sit & trux,
Mixtus tamen sereno:
A Marte quod sit, illud:
At hoc quod a Cythere.
Vt hinc timore & hinc spe
Suspensa mens vacillet.
Roseum sit vtque pomum
Lanuginosa mala.
Pudibundi & inseratur
Quantum potest ruboris.
Verum haud scio labellis
Quæ detur apta forma.
Sint blanda, plena Suadæ:
Vt mixta sit loquaci
Taciturnitate cera.
Sit latus ipse vultus.
Eburna præteribam
Adonidea colla.
Habeat deinde pectus
Manusque Mercuri ambas:
Femurque quale Pollux,
Ventremque ceu Lyæi.
Femurque molle supra,
Femur quod excit ignes,
Volo simplicem esse pubem,
Iam cogitantem amores.
Sed ars tua est maligna,
Dare quæ vetat videnda
Potiora terga multo.
Quid opus pedes vt addam?
Pretii quod exiges fer.
Sed Apollinem mihi istum
Refingito in Bathyllum.
Sin veneris Samum olim,
Fac Apollinem ex Bathyllo.

De Amore. E. AN.

Musæ florea vincla
Capto nuper Amori
Iniecere coronas,

Vinctum

Vinctum dantque Decori.
Nunc autem Cytherea
Quærens munera præfert
Queis absoluat Amorem.
Sed quamuis redimatur,
Hærebit tamen illic,
Iam seruire suetus.

De seipso. H ST.

Sine haustibus Lyæum
Sine hauriam profundis.
Furere hunc volo furorem.
Furebat olim Orestes,
Furebat Alcmæonque,
Vterque matricida.
At nemine ipse cæso,
Leni mero sed hausto,
Furere hunc volo furorem.
Olim Hercules furebat,
Quassans & Iphiteum
Arcum, & trucem pharetram.
Olim furebat Aiax,
Ensem Hectoris coruscans,
Septemplicemque parmam.
At poculum ipse gestans
Et has comis corollas,
Non spiculum nec ensem,
Furere hunc volo furorem.

In suos amores. E. AN.

Tu si referre quicquid
In omnibus viretis
Vbique frondis extat,
Aut persequi recensens
Maris vales arenas,
Solus velim meorum
Logista sis amorum.
Primum quidem ex Athenis
Viginti habes amores:
His quindecim sed adde.
Deinde pone amorum
Agmen Corinthiorum.

Achaiæ

Καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
Ζητοῦσι φέρουσα λύτρα,
Λύσαιό τὸν Ἔρωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι, μένει δέ.
Δουλεύειν δεδίδακται.

Εἰς ἑαυτόν.

Ἄφες με τὸν θεὸν σοι
Πιεῖν πιεῖν ἀμυστί.
Θέλω θέλω μανῆναι.
Εμάνη τ' Αλκμαίων τε,
Χ' ὁ λοξὸς Ορέσης,
Τὰς μητέρας κτανόντες.
Ἐγὼ δὲ μηδέν' κτάς,
Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον,
Θέλω θέλω μανῆναι.
Εμάνη θ' Ἡρακλῆς πρὶν
Δεινῶν κλονῶν φαρέτρῃσιν,
Καὶ τόξον Ιφίτου.
Εμάνη πρὶν Αἴας,
Μετ' ἀσπίδος κραδαίνων
Τὴν Ἕκτορος μάχαιραν.
Ἐγὼ δ' ἔχων κύπελλον
Καὶ στέμμα τοῦτο χαίτης,
Οὐ τόξον, ἀ μάχαιραν,
Θέλω θέλω μανῆναι.

Εἰς τὰς ἑαυτοῦ ἐρωτας.

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
Επίστασαι κατ' εἶναι,
Εἰ ἠμαθοὺς θύρειν
Τὸ τ' ὀλης ψαλάσσης,
Σὺ τῶν ἐμῶν ἐρώτων
Μόνον ποιῶ λογιστήν.
Πρῶτον μὲν ἐξ Αθηνῶν
Ἐρωτας εἰκοσιν θές,
Καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους.
Ἔπειθ' ὑπὸ Κορίνθου
Θὲς ὁρμαθοὺς ἐρώτων.
Αχαΐης γάρ ἐστιν,

Ὅπου

Ὅπου καλὰ γυναῖκες.

Τίφει ἡ Λεσβίους μοι
Καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων,
Καὶ Καρίης, Ῥοδου τε,
Διχαλίους ἔρωτας.
Τί φῆς ἀεὶ κηρωθείς;
Οὔπω Σύρους ἔλιξα,
Οὔπω πόθους Κανώβου,
Οὐ τῆς ἅπαντ' ἐχούσης
Κρήτης, ὅπου πόλισιν
Ἔρως ἐπορκώζει.
Τί σοι θέλεις ἀριθμεῖν
Τὰς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων,
Τῶν Βακτρίων τε κ' Ἰνδῶν
Ψυχῆς ἐμῆς ἔρωτες;

Εἰς χελιδόνα.

Σὺ μὲν φίλη χελιδὼν
Ἐτησίη μολοῦσα
Θέρει πτερύσσεις καλιλιὴν,
Χειμῶνι δ' εἰς ἄφωνος
Ἢ Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν·
Ἔρως δ' ἀεὶ πτερύσσει μοι
Ἐν καρδίῃ καλιλιὴν.
Πόθος δ' ὁ μὲν πτερωθείς,
Ὁ δ' ὧδ' ἔχει ἀκμαίως,
Ὁ δ' ἡμίλεπτος ἤδη.
Βοὴ δὲ γίνετ' αἰεὶ
Κεχηνότων νεοττῶν.
Ἐρωπαδεῖς ἢ μικρῷς
Οἱ μείζονες τρέφουσιν.
Οἱ δὲ τραφέντες αὖθις,
Πάλιν κύουσιν ἄλλους.
Τί μῆχος οὖν γένηται;
Οὐ γὰρ δύνω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκθρέψαι.

Εἰς κόρην.

Μή μ' εἰ φύγῃς, ὀρῶ σε.
Ταὼ πολιὰν ἔθειραν·
Μηδ' ὅπ σοι πάρεστιν

Ἄνθος

Achaiæ est Corinthus,
Formosæ vbi puellæ.
Iam Lesbios referto
Nobis, Ionas vsque.
Et Cariam Rhodumque:
Bis mille sunt amores.
Tantumne (ais) amasti?
Nondum Syros amores,
Nondum tenes Canobi,
Cretæve, cuius vrbes
Furens habet Cupido.
Quid vis tibi referri
Omnes supra Gadiras
Et Bactrios & Indos
Cordis mei calores?

Ad hirundinem. H. ST.

Hirundo, tu quidem annis
Is singulis redisque.
Tu æstate nidulata,
Bruma soles latere,
Nilum petens ve Memphin:
Amor sed vsque nostro
In corde nidulatur.
Pullus fit vnus, ales:
Hic conditur sub ouo,
Hic semiclusus extat.
Hiantiumque iugis
Pipitus est amorum.
Aluntque pipiones
Maiusculi minores:
Hi rursus educati
Gignunt nouos & ipsi.
Quid me, quid ergo fiet?
Nam turba tanta amorum est,
Vt iam tot vna lingua
Non possit explicare.

De puella. H ST.

Ne conspicata canos
Me fugeris puella:
Nec quod tibi color sit

Rosæ

Rosæ prior colore,
Spernas meos amores.
En aspice in corollis,
Rosis decenter alba
Vt lilia implicentur.

De Europa. H. ST.

Hunc ô puella taurum
Iouem puto esse quendam.
Nam vectat ecce dorso
Sidoniam puellam,
Vastumque tranat æquor,
Et findit vngula vndas.
At nullus vi piam grex,
Abactus vnde taurus
Tranet nisi ille pontum.

De voluptuose viuendo. E. AN.

Quid rhetorum doces me
Scita & necessitates?
Orationibus quid
Opus mihi tot istis,
Quibus nihil iuuamur?
Potare me doceto
Mollis merum Lyæi.
Quin aurea doce me
Ridere cum Cythere.
Cani caput coronant:
Aquam puer dato iam,
Profunditoque vinum:
Mentem mihi sopito.
Nam mortuum teges me
Breui mora. sepultus
Nil concupiscit vnquam.

De vere. H ST.

Viden' vt ineunte vere
Charites rosis abundant?
Viden' vt iam æquoris vnda
Posuit suum furorem?
Viden' vt iam natanas, &
Remeare vt incipiat grus?
Pure vt refulgeat sol?

Nebulæ

Ἄνθος ἀκμαῖον ὥρης,
Ταμὸ φιλτάτη διωξῆς.
Ὁρᾷ καὶ στεφανώσιν
Ὅπως πλέκει τὰ λώτινα
Ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

Εἰς τὸν Εὐρώπην.

Ὁ ταῦρος ἔτος ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖς εἶναι.
Φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
Σιδωνίην γυναῖκα,
Περᾷ δ' πόντον οὖρων,
Τέμνει δὲ κύμα χηλαῖς.
Οὐκ ὢν δὲ ταῦρος ἄλλο
Ἐξ ἀγέλης ἐλαθείς
Ἐπλώσει τὴν θαλάσσαν,
Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνο,
Εἰς τὸ κυέιν μοῦνος ζῆν.

Τί με τὸν νόμους διδάσκεις,
Καὶ ῥητόρων ἀνάγκας;
Τί δὲ μοι λόγων τοσούτων
Τῶν μηδὲν ὠφελούντων;
Μᾶλλον δίδασκε πίνειν
Ἁπαλὸν πόμα Λυαίου,
Μᾶλλον δίδασκε παίζειν
Μετὰ χρυσῆς Ἀφροδίτης.
Πολιὰς τέφουσι κόρας.
Διὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον ὦ παῖ,
Τὴν ψυχὴν μου κόρωσον *
Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτῃς· *
Ὁ γὰρ ὕστερος σὸς ἐπιθυμεῖ.

Εἰς τὸ ἔαρ.

Ἰδὲ πῶς ἔαρος φανέντος
Χάριτες ῥόδα βρύουσι.
Ἰδὲ πῶς κῦμα θαλάσσης
Ἁπαλώτατα γαληνᾷ.
Ἰδὲ πῶς νῆσσα κολυμβᾷ,
Ἰδὲ πῶς γέρανος ὁδεύει.
Ἀφελῶς δ' ἕλαμψε πατήρ.

Νεφέλαι,

Νεφελῶν σκιαὶ δονοῦνται·
Τὰ βροτῶν δ' ἔλαμψεν ἔργα.
Καρποῖσι γαῖα πεφύκυῖα,
Καρπὸς ἐλαίῳ πεφύκυῖα,
Βρομίῳ τέθηπεν ἄμπελος·
Καὶ φύλλον, καὶ κλῶνα,
Καθελὼν λύθησε καρπός.

Εἰς ἑαυτόν.

Ἐγὼ γέρων μὲν εἰμι,
Νέων δὲ πλέον ἢ πίνω,
Κἂν δέηση με χορεύειν,
Σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν.
Ὁ νάρθηξ δ' οὐδὲν ἔσην.
Ὁ μὲν θέλων μαχέσθω,
Παρέτω δὲ μαχέσθω.
Ἐμοὶ κύπελλον ὦ παῖ,
Μελιχρὸν οἶνον ἡδὺν
Ἐγκεράσας, φόρησον,
Ἐγὼ γέρων μὲν εἰμι,
Σειληνὸν ἐν μέσοισι
Μιμήσομαι χορεύσω.

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Τότε μοὶ ἦτορ ἐνθὲν
Λιγαίνειν ἄρχεται μούσας.
Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Ἀποβλίβοντι μέλιμνα
Πολυφρήνιδές τε βλαὶ
Ἐς ἁλικτύπους ἀήτας.
Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Ἀκηπόνμονων τότε Βάκχος
Πολυανθέσιν μ' ἐν ὥραις
Δονέει μέθῃ γανώσας.
Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Στεφανοῦς ἄνθεσι πλέξας,
Ἐπιθεὶς δὲ τῇ κεφαλῇ,
Βιότου μέλπω γαλήνην,
Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Μύρῳ δ' ὠδὲ τέγξας

Nebulæ fugentur atræ?
Hominum nitent labores:
Tellus parturit herbas:
Termes oliuæ exerit se:
Bromii redimitur humor:
Fronde sub omni folioque
Fructu floret opimus.

In seipsum. H ST.

Ego iam senex quidem sum,
Iuuenes tamen bibendo
Supero chorosque ducens,
Baculi loco gero vtrem:
Ferulæ nec vllus vsus.
Cupiasne dimicare?
Veniasque, dimicesque.
Mihi melle dulciorem
Puer affer huc Lyæum.
Ego iam senex quidem sum,
Silenum at inter omnes
Imitabor in choreis.

In seipsum E. AN.

Vbi suaue poto vinum,
Animo repente læto
Celebro nouem Camœnas.
Vbi suaue poto vinum,
Subito molesta cura &
Operosa consili vis
Rapidas eunt in auras.
Vbi suaue poto vinum,
Subito iocos resoluens
Roseas me agit per auras
Hilarem ebriumque Bacchus.
Vbi suaue poto vinum,
Simul indui coronam
Manibus meis paratam,
Varioque flore textam,
Placidam celebro vitam.
Vbi suaue poto vinum,
Liquido madens odore.

Δέμας, Lepi-

Lepidam & tenens puellam,
Venerem cano iocosam.
Vbi suaue poto vinum,
Animum vt meum explicaui
Cyathi in modum repandi,
Thiaso frequente lætor.
Vbi suaue poto vinum,
Proprium hoc meum est lucellū.
Et id auferens abibo.
Siquidem mori stat omnes.

De Amore. H. ST.

Inter rosas Cupido
Apiculam iacentem
Non vidit, estque punctus.
Manumque sauciatus,
Mox eiulare cœpit.
Et cursitans volansque
Ad candidam Cytheren,
Heu occidi, occidi, inquit,
Vitamque, (mater,) efflo.
En me minuta serpens
Pennata vulnerauit:
Apem vocant coloni.
Tunc illa, Apis si acumen
Tantum facit dolorem,
Quantum dolere credis
Quos tu feris Cupido?

In conuiuium. E AN.

Hilari merum bibentes
Bromium patrem canamus.
Bromius chori repertor:
Bromium iuuant canentes,
Bromium iuuant iocantes.
Bromius Cupidini par.
Bromio calet Cythere,
Temulentia & per ipsam
Genita est, Charisque pulchra.
Per eum dolor sopitur,
Per eum quiescit angor.
Vbi poculum quietum

Pueri

Δέμας, ἀγκάλαις ἔχουσα κούρην
Καπήχων, Κύπριν ἀείδω.
Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Ὑπὸ κυρβῆς δὲ κυπίδοις
Τὸν ἐμὸν νόον ἀπλώσας,
Θιάσῳ τέρπομαι κούρων
Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Τόδε μοι μόνῳ τὸ κέρδος.
Τόδ' ἐγὼ λαβὼν ἀπίσω.
Τὸ θνητὸν γὰρ μὴ πάντων.

Εἰς Ἔρωτα.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι
Κοιμωμένην μελίτταν
Οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη.
Τὸν δάκτυλον δ' ἀχθεὶς
Ταῖς χερσὶ, ὠλόλυξε.
Δραμὼν δὲ καὶ πτερωθεὶς
Πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην,
Ὤλωλα, μῆτερ, εἶπεν,
Ὄλωλα, καὶ θνήσκω.
Ὄφις μ' ἔτυψε μικρὸς,
Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι
Μέλιτταν οἱ γεωργοί.
Ἃ δ' εἶπεν, Εἰ τὸ κέντρον
Πονεῖ τὸ τῆς μελίττης,
Πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν
Ἔρως ὅσους σὺ βάλλεις;

Εἰς συμπόσιον.

Ἱλαρὸν πίωμεν οἶνον,
Ἀναμέλψωμεν δὲ Βάκχον,
Τὸν ἐφευρετὴν χορείας,
Τὸν ὅλας πεποιῶντα μελπάς·
Τὸν ὁμήτορα Ἔρωτι,
Τὸν ἐρώμενον Κυθήρης·
Δι' ὃν ἡ μέθη λοχεύθη,
Δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη,
Δι' ὃν ἀμπαύεται λύπαι,
Δι' ὃν σύνεζε' αὐτῷ.
Τὸ μὲν οὖν πόμα κεραθὲν

Ἔπιλεν

Ἀπαλοὶ φέρουσι παῖδες,
Τὸ δ' ἄχος πέφυγε μιχθὲν
Ἀνιμερτέροπι φυΐᾳ.
Τὸ μὴ οὖν πόμα λάβωμεν,
Τὰς δ' ἀνιπάδας μεθῶμεν.
Τί γὰρ ἐπὶ σοὶ κέρδος
Ὀδυρομένῳ μεμέμνασθαι;
Πόθεν οἶδεν τὸ μέλλον;
Ὁ βίος βραχὺς ἔδηλος.
Μεθύων θέλω χορεύειν,
Μεμυελισμένος δὲ παίζειν
Μετὰ καὶ καλῶν γυναικῶν.
Μελέτω δ' τοῖς θέλουσιν
Ὅσον ἐστὶν εὐμεμέναις.
Ἱλαρὸν πίωμεν οἶνον,
Ἀναμίλψωμεν δὲ Βάκχον.

Pueri ferunt venusti,
Fugit vsque cura mixta
Rapidis Noti procellis.
Oneremur ergo vino,
Cura & leuemur omni.
Tibi quid dolore prodest
Et confici querelis?
Quis enim futura nouit?
Sua cuique vita cæca est.
Iuuat vuidum Lyæo
Agitare me choreas,
Iuuat & fragrantem oliuo
Decente cum puella
Hilare vacare ludo.
Quod adest molestiarum
Sibi qui volent habento,
Hilari merum bibentes
Bromium patrem canamus.

Εἰς ἑαυτόν.

Ποθέω μὲν Διονύσου
Φιλοπαίγμονος χορείας,
Φιλέω δ' ὅταν ἐφήβῳ
Μετὰ συμποτὰς λυρίζω.
Στεφανίσκους δ' ὑακίνθων
Κεφαῖ φοίτιν ἀμφιπλέξας,
Μετὰ παρθένων ἁβρύειν
Φιλέω μάλιστα πάντων.
Φόνον οὐκ οἶδ' ἐμὸν ἦτορ,
Φόνον οὐκ οἶδα δακτόν.
Φιλολοιδόρου γλώττης
Φεύγω βέλεμνα κοῦφα.
Στυγέω μάχας παρθένους
Πολυκώμους τ' ἀγῶνας,
Νεο-λαίαις ἅμα κούραις
Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων.
Βίον ἥσυχον φέρωμεν.

De seipsum. H. ST.

Cupio quidem iocosi
Bromii choros requirens,
Amo vero cum iuuencis
Fidibus canens bibensque:
Hyacinthinis corollis
Caput implicatus, vt cum
Teneris iocer puellis,
Amo maxime inter omnes.
Nihil inuidere possum,
Neque nosse contigit mi
Liuorem adhuc malignum.
Leuiora tela linguæ
Fugio timens procacis.
Fugio execrorque semper
Epulis citata festis
Genialibusque bella:
Vbi maxime choreas
Vernante cum puella
Cithara sonante plaudo.
Iuuat otium & quies me.

Εἰς

Decicada. H. ST.

O ter quaterque felix
Cicada, quæ supremis
In arborum viretis,
Roris parum vt bibisti,
Cantare dulce gaudes,
Reginam agens potentem
Quodcunque conspicaris,
Tuum est, quod arua gignunt,
Quod sylua cunque profert.
Te amplectitur colonus,
Quod eius in labores
Iniuriosa non sis.
Colunt cicada te omnes,
Diuina quod puteris
Æstatis imminentis.
Te diligunt Camœnæ,
Te diligitque Phœbus,
Vocemque dat canoram.
Te non senecta carpit,
Festiua, terræ alumna,
Cantus amica. & omnis
Mali & doloris expers.
Vlla nec aucta carne,
Nec aucta sanguine vllo,
Ipsis abes parum a diis.

De suo somnio. H.ST.

Videbar in quiete
Huc cursitare & illuc,
Humeros amictus alis:
Amor sed impeditus
Plumbo pedes tenellos,
Me persequens prehendit.
Sibi somnium quid hoc vult?
Mihi quidem videtur,
Me plurimos amores
Fugisse iam implicatum,
Hærere in hoc sed vno.

In Cupidinis sagittas. H. ST.

Veneris maritus olim

Ad

Εἰς πέτρα.

Μακαρίζομέν σε πέτρα,
Ὅτι δενδρέων ἐπ' ἄκρων
Ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς,
Βασιλῆς ὅπως, ἀείδεις.
Σὰ γὰρ ἐστὶ κεῖνα πάντα
Ὁπόσα βλέπεις σὺ ἀγροῖς.
Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι.
Σὺ δὲ φιλίκ γεωργῶν,
Ἀπὸ μηδενὸς πι βλάπτων·
Σὺ δ' τίμιος βροτοῖσι,
Θέρους γλυκὺς προφήτης.
Φιλέουσι μέν σε μοῦσαι,
Φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτὸς,
Λιγυρὸν δ' ἔδωκεν οἶμον.
Τὸ δὲ γῆρας οὐ σε τείρει,
Σοφὲ, γηθυὴς, φίλυμνε·
Ἀπαθὴς, αὐθαιμόσαρκε.
Σχεδὸν εἰ θεοῖς ὁμοῖος.

Εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνειρον.

Ἐδόκουν ὄναρ προχάζειν,
Πτέρυγας φέρων ἐπ' ὤμων,
Ὁ δ' Ἔρως, ἔχων μόλυβδον
Περὶ τοῖς παλοῖς ποδίσκοις,
Ἐδίωκε, κοὐ κίχανεν.
Τί θέλῃ ὄναρ τοδ' αὖτις;
Δοκέω δ' ἔγωγε πολλοῖς
Ἐν ἔρωσί με πλακέντα,
Διολισθανεῖν μὲν ἄκοις,
Ἐνὶ τῷδε σωθέντα.

Εἰς τὸν τοῦ Ἔρωτος βέλος.

Ὁ αὐτὸς ὁ τῆς Κυθήρης

Ε 2 Πεσὼν

Παρὰ Λημνίαις καμίνοις
Τὰ βέλη τὰ τῶν Ἐρώτων
Ἔπρίει, λαβὼν σίδηρον.
Ἀφίδας δ' ἔβαπτε Κύπρις,
Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα,
Ὁ δ' Ἔρως χολὴν ἔμισγε.
Ὁ δ' Ἄρης ποτ' ἐξ αὐτῆς
Σπάραγμα δόρυ κραδαίνων,
Βέλη ἡντέλιζ' Ἔρωτος.
Ὁ δ' Ἔρως, τόδ' ἐστὶν, εἶπε,
Βαρὺ, πραίσας νοήσεις.
Ἔλαβεν βέλεμνον Ἄρης,
Ὑπεμειδίασε Κύπρις.
Ὁ δ' Ἄρης ἀναστενάξας,
Βαρὺ, φησὶν· ἆρον αὐτό·
Ὁ δ' Ἔρως, ἔχ' αὐτὸ, φησί.

Εἰς ἔρωτα.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
Χαλεπὸν ἢ φιλῆσαι·
Χαλεπώτερον δὲ πάντων,
Ἀποστυγχάνειν φιλοῦντα.
Γένος ἓν ἐν εἰς ἔρωτα,
Σοφίη, τρόπος πιθεῖται.
Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.
Ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς
Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας,
Διὰ τοῦτον γὰρ ἀδελφὸς,
Διὰ τοῦτον ἐτοκῆες·
Πόλεμοι, φόνοι δι' αὐτόν.
Τὰ δὲ χείρω, ἀλύμεθα,
Διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες.

Ad Lemnias caminos
Amoribus sagittas
Dum cudit ære sumpto,
Hamosque melle dulci
Dum temperat Cythere,
Miscetque fel Cupido:
Mars prælio reuertens
Quatiebat horridam hastam,
Tela eleuans Amoris.
At Amor, Graue istud, inquit
Fac, si libet, periculum.
Mars accipit sagittam,
Venusque risit. ille
Vehementer ingemiscens,
Grauis, inquit: aufer illam.
Tibi serua, ait Cupido.

In amorem.

Et non amare, durum est,
Et est amare durum:
Durissima omnium res
Amare, nec potiri.
In amore negliguntur
Imagines auorum:
Mores iacent & artes.
Solum intuentur aurum.
Pereat male expetendi
Qui primus autor auri.
Hinc cura nulla fratris,
Spernuntur hinc parentes:
Hinc & cruenta bella,
Quod maximum maiorum est,
Quicunque amamus, omnes
Per hoc perimus vnum.

Ἄλλο ᾠδάριον.

Φιλῶ γέροντα τερπνὸν,
Φιλῶ νέον χορεύειν.
Γέρων δ' ὅταν χορεύῃ,
Τελίκας γέρων μὲν ἐστι,
Τὸ δ' φρένας νεάζει.

Aliud odarium. H. ST.

Iuuenis senisque festas
Video lubens choreas.
Senex at in choreis,
Senex quidem est capillis,
Iuuenis sed vsque mente est.

Ἄλλο.

Aliud. E. AN.

Age, da lyram mi Homeri,
Vbi chorda abest cruenta.
Age da scyphos sacrarum
(Volo temperare) legum:
Vt humum ebrius lacessam,
Pede verberans soluto:
Citharaque concinente,
Rabie furens modesta
Temulenta verba fundam.

Aliud. E. AN.

Age pictor optime, audi
Lyricæ modos Camœnæ.
Berecyntiasque vento
Minime suo sonantes.
Age, tibias iocosis
Penitus relinque Bacchis.
Age, pinge ciuitates
Hilaras, nec absque risu.
Modo vero cera possit,
Etiam suas amantum
Mihi pinge sanctiones.

In Bacchum. E. AN.

Iuuenem in scyphis valentem,
Minime in scyphis pauentem,
Lepidum in scyphis choreutem
Faciens Deus reuenit:
Homini meros amores,
Hilarum ferens temetum,
Genitrice vite natum,
Acinis in ebriosis
Cohibens adhuc reuinctum.
Vt vbi sit vna secta,
Vigeamus absque morbo,
Vigeamus vsque membra,
Vigeamus vsque mentem:
Redeunte donec anno
Redeat nouus Lyæus.

De disco habente Venerem. H. ST.

Mare sensit ergo cælum,

Ali

Ἄλλο.

Δότε μοι λύρην Ὁμήρου,
Φονίης ἀΐδω χορδῆς.
Φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν,
Φέρε μοι νόμους κεράσω,
Μεθύων ὅπως χορεύσω.
Ὑπὸ σοφρονῶ δὲ λύσσης
Μετὰ βαρβίτων ἀείδων
Τὸ παρθένιον βοήσω.

Ἄλλο.

Ἄγε ζωγράφων ἄριστε,
Λυρικῆς ἄκουε μούσης·
Φιλοπαίγμονες δὲ Βάκχαι
Ἑτερόπνοους σύριγγας·
Γράφε σὺ πόλεις τοιαύτας
Ἱλαράς τε κἀγελώσας·
Ὁ δὲ κηρὸς αὐ δυνήσεται,
Γράφειν καὶ νόμους φιλούντων.

Εἰς Διόνυσον.

Ὁ τὸν ἐν πότοις ἀτρῶτα,
Νέον ἐν πότοις ἀταρβῆ,
Καλὸν ἐν πότοις χορεύτην
Τελέων θεὸς κατῆλθε.
Ἀπαλὸν βεβῶτα φίλτρον,
Πότον ἄζηνον κομίζων,
Γόνον ἀμπέλου τὸν οἶνον,
Πεπεδημένον ὀπώρῃ
Ἐπὶ κληματίτων φυλάτταειν.
Ἵν' ὅταν τέμωσι βότρυν,
Ἄνοστοι μύωσι πάντες,
Ἄνοστοι δέμνιοι θεντὸν,
Ἄνοστοι γλυκεῖ τε θυμῷ,
Ἑστῶτες φανέντος ἄλλου.

Εἰς δίσκον ἔχοντα Ἀφροδίτην.

Ἁρπὰς τόρευσε πόντου;

Ἀρχὴ μοναύλου πέχνα.
Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ
Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης;
Ἀρχὴ τις ὕβριος ἀδύκου
Ἀπάλαν χαράξε Κύπριν
Νόος ἐς θεοὺς ἀίρθεις,
Μακάρων φύσιος δέχαν.
Ὁ δέ νιν ἔδειξε γυμνάν,
Χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι.
Μόνα κῦμα συγκαλύπτει.
Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτῷ
Ἐρύσσατο ὕβριος ἀδύκου
Ἀπαλοχρόους καλιάσας,
Δέμας ὡς τάλοον φέρουσα,
Ῥόδιον πάρεστιν ἔλκει.
Ῥοδέων δ' ὕβριος μαζῶν,
Ἀπαλῆς ἔνερθε δίρης
Μίαν κῦμα παρέπτη τέμνει.
Μέσον αὐλακος ἢ Κύπρις,
Κείνον ὡς ἔοις ἐλίχθη,
Διαφαίνεται καλιάσας.
Ὑπὲρ δέρην δ' ἐχωῦται
Ἐπὶ δελφίσι χρυσείοις
Δολιερὸν νόον μεθύπων
Ἔρως Ἱμερος, καλοῦντες
Χορὸς ἰχθύων τε κυρτὸς,
Ἐπὶ κυμάτων κυβίστων
Παφίης τε σῶμα παίζει,
Ἵνα νήχεται καλῶσα.

Εἰς οἶνον.

Τὸν μελανοχρῶτα βότρυν
Τὰ λάργις φέροντες ἄνδρες
Μέσῳ παρθένων ἐπ' ὤμων,
Καλὸν λιὸν δὲ βαλόντες
Μόνον ἄρσενες πατοῦσι

Σθα-

Aliquo arti & furore
Coalescit vnda disco,
Pelagi super profunda.
Alicuius ad deos mens
Penetrauit ergo, sculpens
Veneramque candidamque
Venerem, de ûm parentem.
Oculis sed ille nostris
Sine veste dat videndam:
Tegit vnda nilque prorsus
Nisi quod nefas videri.
Superextat alga tanquam
Maris in serenitate,
Dea nuda sic pererrat.
Super & natare quum vult,
Trahit ante corpus vndam:
Secat inde fluctus ingens
Roseis deæ quod vnum
Supereminet papillis,
Tenero subestque collo.
Medio deinde sulco,
Quasi lilium implicatum
Violis, renidet illa
Placidum maris per æquor.
Choreis frequensque delphin
Ibi marmor est fatigans,
Humeris vehens Amorem
Pariter Cupidinemque,
Quatientem vtrunque risu
Iuuenile cor doloso.
Salit ipse piscium grex
Ibi cærulas per vndas,
Paphiæque lusitando
Lateri natantis hæret.

De vino. E. AN.

Calathis nigros racemos
Iuuenes viri resectos
Humero super valente
Lepidæ & ferunt puellæ:
Sed vbi in lacum dederunt,

Refe-

Referunt pedem puellæ,
Maribus premuntur vuæ.
Pedibus merum resoluunt
Bromium viri canentes:
Lacus & repletur hymnis.
Iuuat hos videre dulcem
Doliis nouum Lyæum,
Vbi feruet ille, apertis.
Simul hunc senes biberunt,
Tremulis choros celebrant
Pedibus, vibrantque canos.
Speculatus at puellam
Iuuenis decens venustam.
Petit abditus sub vmbra
Tenerum in latus iacentem,
Grauiterque consopitam,
Ibi eam Cupido mulcens,
Suadet facem malignus
Violare nuptialem.
Iuuenem tamen repellit
Mulier, nec audit illum.
At vbi nihil valere
Sua sentit ille verba,
Subigit pati misellam.
Siquidem ebrius Lyæus
Petulante cum iuuenta
Ita ludit insolenter.

De rosa. H. ST.

Cum vere patre florum
Socianda laus rosarum.
Rosa, flos odorque diuûm:
Hominum rosa est voluptas.
Decus illa Gratiarum
Florente amoris hora.
Rosa, suauium Dione,
Rosa, opus laborque vatum,
Et amica planta Musis.
Est grata colligenti,
Licet ante spina pungat
Mordacibus rubetis.

Est

Στεφυλὼ, λύοντες οἶνον·
Μίαν τὸν θεὸν κροτοῦντες
Ἐπιλωίοισιν ὕμνοις,
Ἐρατὸν πίθοις ὁρῶντες
Νέον ἐς ζέοντα βάκχον.
Ὃν ὅπου πάνυ γεραιὸς,
Τρομερῇσι ποσὶ χορεύει,
Πολιὰς τρίχας λυάσσαν.
Ὁ δὲ παρθένον λοχήσας
Ἐρωτὸς νέος ἐλυθεὶς
Ἀπαλὸν δέμας χρηΐσσων
Σκιερῶν ὕβριος φύλλων
Βεβαρημένον ἐς ὕπνον.
Ὁ δ' Ἔρως ἄωρα θέλγων
Προδόπιν γάμων ἐφείδε,
Ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων,
Τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει.
Μεθὼ γὰρ νέων ὁ Βάκχος
Μεθύων ἄπεκθε πάζει.

Εἰς ῥόδον.

Στεφανηφόρου μετ' ἤρος
Μέλπομαι ῥόδον θεινόν.
Σωστειρεῖ αὔξει μέλπει.
Τόδε γὰρ θεῶν ἄνημα,
Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάρμα,
Χάρισιν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις
Πολυανθέων ἐρώτων·
Ἀφροδισίόν τ' ἄθυρμα.
Τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
Χαρίεν φυτόν τε μουσῶν.
Γλυκὺ καὶ ποιοῦντι πεῖραν
Ἐν ἀκμινάζουσ' ἀπειρῆσι

Γλυκὺ

Γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι χιλπνὸν
Μαλακῇσι χερσὶ κρύφαις
Προσάγουτ' ἔρωτες αὖθις.
Ὡραιοφορῆτὸ δ' αὖτὸ τερπνὸν,
Θαλίαις τε κ' ἑταπέζοις,
Διονυσίαις θ' ἑορταῖς.
Τί δ' αὖδυ ῥόδου χρύοιτ' αὖγὴ
Ῥοδοδάκτυλος μὴ Ἠὼς,
Ῥοδοπήχεις τ' Νύμφαι,
Ῥοδόχρους δὲ κ' Ἀφροδίτη
Παρῇ τῶν σοφῶν καλεῖται.
Τόδε κ' ἦν νοσοῦσιν ἔρκεῖ,
Τόδε κ' ἦν νεκροῖς ἀμυνῇ,
Τόδε κ' ἦν χρόνον βιῶναι.
Χαρίεν ῥόδων τ' ὄζημα
Νεότητος ἔσχεν ὀδμήν.
Φέρε δὴ φυλῶ λέγωμεν.
Χαροπῆς ὅτ' ὠκ θαλάσσης
Δεδροσωμένῳ Κυθήρῃ
Ἐλόχευε πόντος ἀφρῷ,
Πολυμηχάνου τ' Ἀθήνῃ
Κορυφῆς ἐβλάστανε Ζεύς,
Τότε κ' ῥόδων ἀγνῶν
Νέον ἔρνος ὤρθωσε χθών,
Πολυδαιδάλου λόχευμα.
Μακάρων θεῶν δ' ὁμιλεῖ,
Ῥόδον ὡς γέγοιτο, νέκταρ
Ἐπιτέξας, αὐέτηλεν
Ἀγάλματον ἐξ ἀκάνθης
Φυτὸν ἄμβροτον Ἀναίης.

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμίλουν
Ἑορτῶν παίρεσιν ἥκω,
Τότε δὴ τότ' ἐς χορείαν
Ὁ γέρων ἐγὼ πέρασμαι.
Περίμεινόν μι Κυθήρη.

Παρά-

Est grata eam fouenti
Manu subinde molli.
Eadem decens coronis,
Et expetita mensis,
Solennibusque Bacchi.
Rosis quid absque fiat?
Aurora nonne fertur
Rosea manu decora?
Roseisque nonne Nymphæ
Spectabiles lacertis?
Rosicolor ipsa Cypris
Vocitata nonne doctis?
Quid plura? nonne multis
Medicina certa morbis?
Defendit hæc sepultos,
Hæc tempori resistit:
Huius senecta suauem
Seruat iuuentæ odorem.
Sed quæ rosis origo?
Quum cærulis ab vndis
Sale rosidam Cytheren
Spuma edidit profundi,
Ionisque quum Minerua
E vertice exiliuit
Armata scuto & hasta:
Tunc nobilis rosarum
Stirps edita est beato
Terræ sinu, venustus
Miræque fœtus artis.
Superumque turba diuûm,
Rosa vt esset, irrigantes
Nectar suum, e rubeto
Insigne procrearunt
Germen patris Lyæi.

De seipso. H. ST.

Iuuenum frequens vt agmen
Tueor, repuberasco.
Ego, tum licet senex sim,
Alacer volo ad choreas.
Iuuenesce quæso mecum,

Fer

Fer & huc rosas: corollis
Caput implicem libenter.
Procul at procul senectus.
Iuuenes apud iocosis
Iuuenabor in choreis,
Propere mihi Lyæi
Ades afferens liquorem.
Validum senemque cerne.
Lepideque coniocantem,
Lepideque combibentem,
Lepideque confurentem.

De amatoribus odarium. H. ST.

Equi solent iustum
Coxis habere signum,
Parthique de tiaris
Plerunque noscitantur:
At intuente amantes
Mox noscitantur a me.
Nam nescio quod omnes
Signum solent minutum
Iustum habere cordi.

SEQVENTIVM CARminum alia sunt Anacreontis, alia nequaquam: & nonnulla in nostris exemplaribus cum cæteris inuenimus, reliqua autem vndiq; collegimus. Sed illis duntaxat nomen eius præfixum est, qua eius esse nobis constat, vt qui ex iis quæ veteres autores citant testimoniis, id compertum habuerimus.

Cæterum ista, soluta oratione & ad verbum vtcunq; interpretari, in iis deprauati mutilatique locinos coegerunt.

De auro.

Fugitiuum aurum
Quum fugit me velocibus
Ventosque æquantibus plantis,

(Sem-

Παρήδος, θέλω τέφειν.
Πολιὸν ἦ γῆρας ἐκεῖς.
Νέος ἐν νέοις χορεύσω.
Διονυσίης δὲ μοι πὶς
Φερέτω ροιὰν ἀπ' ὀπώρης,
Ἵν' ἴδῃ γέροντος ἀλκὴν,
Δεδαηκότος μὲν εἰπεῖν,
Δεδαηκότος δὲ πίνειν,
Χαριέντως ἦ μανῆναι.

Εἰς τὰς ἐρώσας ἀθύμιον.

Ἐν ἰχθύοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι,
Καὶ Παρθίους τὶς ἄνδρας
Ἐγνώρισεν πάρος·
Ἐγὼ δὲ τὰς ἐρώσας
Ἰδὼν ἐπίσταμ' εὐθύς.
Ἔχουσι γάρ πλεῖστὸν
Ψυχῆς ἔσω χάραγμα.

ΤΩΝ ΕΞΗΣ ΜΕΛΩΝ ΤΑ μὲν ἐστιν Ἀνακρέοντος, τὰ δ' οὔ· καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις μετὰ τῶν λοιπῶν εὑρομεν, τὰ δὲ πανταχόθεν συνηγάγομεν. ἐκείνων δὲ μόνων τὸ ὄνομα αὐτοῦ προγέγραπται ἃ σαφῶς οἴδαμεν αὐτοῦ ὄντα, ἐξ ὧν δηλαδὴ οἱ παλαιοὶ συγγραφεῖς παρέχονται μαρτυρίων μαθόντες.

Εἰς χρυσόν.

Ὁ δραπέτης μ' ὁ χρυσὸς
Ὅσον φύγῃ με κραιπνοῖς
Διωκόμενος τε πρασσῖς,

(Ad

(Αεὶ δ' ἀπό με φεύγει)
Οὔ μιν διώκω. πῶς γὰρ
Μισῶν θέλοι τι θηρᾶν;
Ἐγὼ δ' ἄφαρ λιασθεὶς
Τὰν δραπέτιν τὸ χρυσῷ,
Ἐμῶν φρενῶν μάτην αὖρῃς
Φέρων ἔδωκε λύπας,
Λύρην δ' ἐλὼν, ἀείδω
Ἐρωτικὰς ἀοιδάς.
Πάλιν δ' ὅταν με θυμὸς
Ὑπὸ φρενῶν διδάξῃ,
Παρεῖπεν ὁ δραπέτης.
Φέρων μέθυν δ' οἱ φρενοπόδων,
Ἐλοὺν μιν ὡς μεθ' ἡμῶν
Λύρης γλυκὺν λαρέγγα.
Ἄπις ἄπιτε χρυσὸς,
Ἐξ' αὖ δόλοις με θέλγῃς,
Πλέον χρυσοῦ νόμος.
Πόθους κίκλυθι ἀδείς.

Εἰς Ἀπόλλωνα.

Ἀνὰ βάρβιτον δονήσω.
Ἄεθλος μὲν ἐκκειται,
Μελέτη δ' ἔπεσι παντὶ
Σοφίης λαχόντ' ἄωτον.
Ἐλεφαντίνῃ ἐν πλήκτρῳ
Αἰγυπτίῳ μέλος κραίνων,
Φρυγίῳ ῥυθμῷ βοήσω,
Ἅτε τις κύκνος Καΰστρῳ
Πολιοῖς πτεροῖσι μέλπων
Ἀνέμου συώδουλον ἠχήν.
Σὺ δὲ μοῦσα συγχόρευε.
Ἱερὸν γάρ ἐστι Φοίβου
Κιθάρη, δάφνη, τρίπους τε.
Λαλέω δ' ἔρωτα Φοίβου,
Ἀνερμάλιον τὸν οἶστρον.
Σαόφρων γάρ ἐστι κούρη.
Τὸ μὲν ἐκπέφυγε κέντρον,
Φύσεως δ' ἄμειψε μορφώ.

Φυτὸν

(Semper aũt semper me fugit)
Non ipsum persequor: quis enim
Odio prosequens aliquid, vult
venari illud?
Ego vero statim summotus
A fugitiuo auro,
Meæ quidem mentis ventis
Ferendos trado mœrores:
Lyram autem sumens, cano
Amatorias cantilenas.
Rursum autem vbi me animus
Contemnere docuerit,
Compellauit fugitiuum.
* * *

Infidum infidum aurum,
Quandiu dolis me demulcebis,
Plus est fides *lyræ* quam aurum.
Amores audi iucundos.

In Apollinem.

Ciebo barbitum.
Certamen quidem propositum
non est,
Sed commentatio adest omni
Qui sapientiæ sortitus est florẽ.
Eburneo autem plectro
Argutum carmen strepens
Phrygiis numeris sonabo,
Velut aliquis cygnus Caystri
Candidis alis modulans
Sonantem vna cum vento vocẽ.
Tu aũt Musa simul choreas duci-
Est enim res sacra Phœbo [to.
Cithara, laurus, & tripus.
Eloquor autem amorem Phœbi,
Vanum ardorem.
Casta enim est puella.
Effugit quidem aculeum,
Naturalẽ aũt mutauit formam,

Arbor-

Arborq; pulchre florens resonat.
At Phœbus, ibat Phœbus.
Potiri se puella putans:
At viride folium carpens
Putabat se agitare Venerem.
Age anime, quorsum furore ca-
Furore furens optimo? [ptus es?
Telum fer vires admouens,
Scopo vt tacto discedas.
Arcum autem Veneris
Relinque, quo deos superabat.
Anacreontem imitare,
Celeberrimum lyricum.
Phialam propina pueris,
Phialam sermonum amabilem,
E nectaris potu
Recreatione sumpta,
Igneo astro euitato.
Tu enim dolo, tu inuidia
Amorem posuisti hominibus.
* * *

Palmitem Bacchicum intueri:
Et pampinos subire,
Teneram & puellam tenere,
Quæ tota spiret Venerem.

Ana-

Φυτὸν ἀμπελὲς δ' ἐπιχεῖ.
Ὁ δὲ Φοῖβος, ἦε Φοῖβος,
Κρατεῖν κόρλν νομίζων,
Χλοερὸν θρέπων δὲ φύλλον,
Ἐδόκει τελεῖν Κυθήρλν.
Ἄγε θυμὲ, πῆ μέμηνας,
Μανίλν μανὰς ἀείσῃ;
Τὸ βέλος φέρε κρατιώων,
Σκῆπτον ὡς βαλὼν ἀπέλθῃς.
Τὸ δὲ τόξον Ἀφροδίτης
Ἄφες, ὡς θεὰς σύνοιδα.
Τὸν Ἀνακρέοντα μιμοῦ,
Τὸν ἀοίδιμον μελισμόν.
Φιάλλν παῖπτε παισὶν,
Φιάλλν λόγων ἐρανιλν,
Ἀπὸ νέκταρος ποτοῖο
Παραμύθιον λαβόντες,
Φλογερὸν φυγόντες ἄστρον.
Σὺ γὰρ δόλῳ, σύ τοι φθονῳ
Ἔρωτ' ἔθηκας ἀνδράσι.
Λύρλν δ' ἀλίπαιστον οὖ
Φιλαμφότων τε κειδνῶν,
Πόθων κύπελλα κραίνῃ.
Ὄζων θέλῃς δὲ φεύγῃς.
Λύρης δ' ἐμῆς ἀοιδὰν
Οὐκ ἂν λίποιμι τυτθόν.
Ξείνοισι δ' ἄγχι μούσων
Δολίοις ἀπίστοις αὐδάνεις.
Ἐμοὶ δὲ τὰ λυροκτύπᾳ
Μέσας φρεσὶν λπίχους
Ἀχανδέως ἐρίνοις,
Αἰγλαῳ τε λαμπρωποῖς.

Εἰς τὸ ἔαρ.

Τί καλὸν ἐστι βαδίζειν
Ὅπου λειμῶνες κομῶσιν,
Ὅπου λειπλὼ ἡδυβότλω
Ἀναπνεῖ Ζέφυρος αὔρλν
Κλῆμα τὸ Βακχεῖον ἰδεῖν,
Χ' ὑπὸ τὰ πίτυλα δ' ὑῶσαι,
Ἁπαλλὼ παῖδα κατέχειν
Κύπριν ὄλλω πνέουσαν.

Ἀνακρέοντος.

Πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη
Κρόταφοι, κάρη δ' ἀλυκόν·
Χαρίεσσα δ' οὐκέτ' ἔστ' ἥβη
Πάρα, γηραλέοι δ' ὀδόντες·
Γλυκέος δ' οὐκέτι πολλὸς
Βιότου χρόνος λέλειπται.
Διὰ ταῦτ' ἀναστενάζω
Θαμὰ, πάρπαρον δεδοικώς.
Αἴδεω γὰρ ἐστὶ δεινὸς
Μυχὸς, δρόμαλέη δ' ἐς αὐτὸν
Κάθοδος· κακὸν γὰρ ἔτοιμον
Καταβαίνοντι μὴ ἀναβιῶναι.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν ὦ παῖ
Κελέβην, ὅπως ἄμυστιν
Προπίω. τὰ μὲν δέκ' ἔγχει
Ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου
Κυάθους, ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν
Ἀναδεύσασθαι κύπον. *

Καὶ μετ' ὀλίγα,

Ἄγε δῶτε, μηκέθ' ὕπτιον
Παφίην τε καὶ λαλιστὶ
Σκυθικὴν πόσιν παροίνην
Μελετῶμεν, ἀλλὰ κύλιξιν
Ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἔρωτα γὰρ τὸν ἀβρὸν
Μέλπομαι, βρύοντα μίτρῃσι
Πολυανθέμοις ἀείδων.
Ὁ δὲ καὶ θεῶν ἀνάσσει,
Ὁ δὲ καὶ βροτοὺς δαμάζει.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γουνοῦμαί σ' ἐλαφηβόλε
Ζαυὴς παῖ Διὸς, ἀγρίων
Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν,
Ἵκου νεῶ ἐπὶ Ληθαίῳ
Δίνησι, θρασυκαρδέων
Ἀνδρῶν ἐσκοπὸς πόλιν
Καὶ γὰρ αὐτημέρους

Anacreontis.

Cana nobis iam
Tempora, caputque album.
Venustaque non amplius pubes
Adest, senesque *sunt* dentes.
Et dulcis non amplius multum
Vitæ tempus relictum est.
Propterea ingemisco.
Frequenter, tartarū reformidās.
Orci enim est horrendus
Specus, & grauis in ipsum
Descensus. nam patet
Ei qui descendit nullus ascensus.

Eiusdem.

Agedum affer nobis puer
Celeben, vt amystin
Propinem. decē quidem infunde
Aquæ, quinque autem vini
Cyathos, vt insolescentem

* * *

Et paulo post,

Agite date, ne amplius ita
Strepitu & fremitu
Scythicam potationē inter vina
Exerceamus, sed pulchros
Potantes inter hymnos.

Eiusdem.

Amorem enim tenerum
Celebro, abundantē redimiculis
Varios habētibus flores decātās.
Ille & deorum dominator,
Ille mortales etiam domat.

Eiusdem.

Supplico tibi ceruorū iaculatrix
Flaua filia Iouis, agrestium
Domina Diana ferarum,
Veni nunc ad Lethæi
Gurgites: trepidantium corde
Virorum aspice ciuitatem
Gaudens. non enim immites

Alis ciues.

Eiusdem.

Equulea Threicia, cur me
Limis oculis intuens
Crudeliter fugis, putasque
Nihil nouisse scitum?
Scias, belle tibi
Frænum imponere possim,
Habenasq; tenens, versare queā
Circum metas curriculi.
At nunc prata depascens,
Et agiliter exiliens ludis.
Habilē enim equestris rei peritū
Non habes sessorem.

Eiusdem.

Mori mihi contingat: non enim alia
Liberatio ab ærumnis fuerit vllo pacto istis. *Lege* ἐδαμῶ.

Eiusdem.

O puer puellariter intuens quæro te:
At tu non audis, nescies te animi mei esse aurigam.

Eiusdem.

Ego nec Amaltheæ optem cornu,
Neque annos quinquaginta & centum Tartessi regnare.

Eiusdem.

Mensis Posideon adest,
Nubesque aqua grauantur,
Horridēque tempestates perstrepunt.

Eiusdem.

Ποιμαίνεις πολιήτας.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πῶλε Θρηϊκίη, τί δέ με
Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα,
Νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δ'
Μηδὲν εἰδέναι σοφόν;
Ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἂν τοι
Τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,
Ἡνίας δ' ἔχων, στρέφοιμι
Ἀμφὶ τέρματα δρόμου.
Νῦν δὲ λειμῶνας τε βόσκεις,
Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Ἀδρὸν γὰρ ἱπποπείρην
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀπὸ μοι θανεῖν γένοιτο· ἐγὼ δ' οὐ
ἄλλη
Λύσις ὧν πόνων γένοιτ' ἢ δι' ἅμαξαν
τήνδε.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὦ παῖ παρθένιον βλέπων, δίζημαί σε·
Σὺ δ' οὐκ αἴεις, οὐκ εἰδὼς ὅτι τὴν
ἐμὴν ψυχὴν ἡνιοχεύεις.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐγώ τ' οὐ κατ' Ἀμαλθείης βυθοίμην κέρας,
Οὔτ' ἔτεα πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν
Ταρτησσοῦ βασιλεύσαι.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μὰς μὲν Ποσιδήϊον ἔσηκε,
Νεφέλαι δ' ὕδατι βαρύονται,
Ἀργιοὶ δὲ χιμῶνες παταγοῦσι.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μηδ' ἄσῃς κῦμα πόντιον λάλαζε τῇ πολυκρότῃ σὺ χαροδόρῃ κωφὴν ἀδὼ πίνουσα τλῶ ἐπίσιον.

Τῦ αὐτῦ.

Φίλη γὰρ ἐσσὶ ξείνοις, ἐκεῖνον δέ με
διψῶντα πιεῖν

Τῦ αὐτῦ.

Ἐγὼ δ' ἔχων σκύπφον Ερξίωνι
τῷ λευκολόφῳ μισθὸν ἐξέπινον.

Τῦ αὐτῦ.

Καλλίκομοι κοῦραι Διὸς ὠρχήσαντ' ἐλαφρῶς.

Τῦ αὐτῦ.

Στεφάνους δ' ἀνὴρ τρεῖς ἑκάστος εἶχεν.
Τὸς μὲν, ῥοδίνους, τὸν δὲ, ναυκρατίτην.

Τῦ αὐτῦ ἐν δευτέρῳ τῶν μιλέων.

Μεγίστης δ' ὁ φιλόφρων δέκα
δὴ μῆνες ἐπίδη στεφανοῦσθαι τῇ
λύγῳ, καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.

Τῦ αὐτῦ.

Συρίσσων κοιλότερα σήθεα χρισάμενον μύρῳ.

Τῦ αὐτῦ.

Μείσηται μὲν ἡτρίου λεπτὸν ὀπτὸν κλάσας,
Οἶνον δ' ἐξέπιον κάδον.

Τῦ αὐτῦ.

Ψάλλω δ' ἑκάστοις χορδαῖσι μαγάδιν ἔχων, ὦ Λεύκιππε σὺ δ' ἥβας.

Τῦ αὐτῦ.

Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅστ' ἐν ὕλῃ κερόεσσης ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

Τῦ αὐτῦ.

Δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμήν.

Τῦ

Eiusdem.

Amica es enim hospitibus: sine autem me sitientem bibere.

Eiusdem.

Ego autem habens icyphum Erxioni album gestanti galeæ conum plenum propinabam.

Eiusdem

Pulchricomæ filiæ Iouis saltaueruerunt agiliter.

Eiusdem.

Coronas autem tres vnusquisq; vir habebat,
Alias quidem, roseas, vnam autem Naucratiten.

Eiusdem lib. 2. Carm.

Megistes benignus decem *elapsi sunt* menses ex quo coronatur vitice & vinum bibit quod melleam suauitatem habet.

Eiusdem.

Fistulis magis caua pectora oblinens vnguento.

Eiusdem.

Pransus sum minutam *partem ex* etrio defringens,
Vinique ebibi cadum.

Eiusdem.

Psallo autem viginti chordis magadin tenens ô Leucaspi: tu autem pubertate frueris.

Eiusdem.

Veluti hinnuleum recens natum, lactentem, qui in sylua derelictus a matre cornigera expauefactus est.

Eiusdem.

Lacrymosamque amauit hastam.

Eiusdem.

Eiusdem.

Subuolo in Olympum alis velocibus.

Eiusdem.

Ex fluuio reuertor
Omnia ferens splendida.

Eiusdem.

Magno autem me Amor contudit, tanquam faber
Securi, hybernoque lauit in torrente.

Eiusdem.

Ex interpretatione Lilii Gr. Giraldi.

O domitor rerum & dux Amor,
Quicum Nymphæ cæruleæ
Et purpurea ludit Venus,
En genua supplex amplector tua:
Tu propitius teneras exaudi preces,
Faue Cleobulo, suscipe amorem meum.

EIVS-

Τῦ αὐτῦ.

Ἀναπτόμην δὴ πρὸς Ὄλυμπον πλερύγεσσι κούφαις.

Τῦ αὐτῦ.

Ἐκ ποταμοῦ δ' ἁπανέρχομαι
Πάντα φέρουσα λαμπρά.

Τῦ αὐτῦ.

Μεγάλως δ' ἠντέμ' Ἔρως ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς
Πελέκεϊ χίμαιραν δ' ἔλουσεν ἐν χαράδρᾳ.

Τῦ αὐτῦ.

Πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον κώλυμμα τ' ἐσφηκωμένα καὶ ξυλίνους ἀφαλάκας ἐν ὠσὶ, καὶ ψιλὸν πρὶν πλουρῆσι βοὸς νεόπλυτον εἴλημα κακῆς ἀασίδος, δ' ἀστοπώλοισιν καὶ ἐγελοπόρνοισιν ὁμιλέων ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων, κίβδηλον σύριγκων βίον, πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ πηδεῖς ἀψένα, πολλὰ δ' ἐν τροχῷ, πολλὰ δ' ἐν κάτω σκυλίνῳ μάσιγι δαμιχθείς, κάμιλλα πώγωνά τ' ἐκπιλημένος· νῦν δ' ἐπιθαμὰ στέφανά τε χρύσεα φορέων καὶ θέρμαθρα πᾶς Κύκνης, καὶ σκιαδίοισιν ἐλεφαντίνοις φορεῖν γυναιξὶν αὔτως.

Τῦ αὐτῦ.

Ὦ ἄναξ, ὦ δαμάλης Ἔρως, καὶ νύμφαι κυανώπιδες πορφυρίη τε Ἀφροδίτη συμπαίζουσιν· ἐπιστρέφεται δὲ ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς, γουνοῦμαί σε· σὺ δ' ἐμοὶ σύμμαχος ἔλθ' ἡμῖν, κεχαρισμένης δ' ἀκοὴν ἐπακούειν, Κλεοβούλῳ δ' ἀγαθὸς ἀρωγὸς σύμβολος, τὸν ἐμὸν δὲ ἔρωτα ὦδ' ἀνωθέν σε λιτέσθαι.

Τῦ

Τῆ αὐτῆ.

Σφίρ ἄιρε με πορφύρ ἐνιβάλλων χρυσοκόμης Ἔρως νυὶ ποικίλως λαμβάνω συμπαίζειν ἀφηλικιῶτιν ἡ δ', ἔστι γὰρ ἀπ' Εὐκλικηος Λέσβις, τὴν μὲν ἐμὴν κόμιλω, λύκκη γὰρ, καλὰ μέμφεσθαι, ἀτὰρ δ' ἄλλην τινὰ χάσκει

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ἐπιγράμματά τινα.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος, ὅστόδε σῆμα.
Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

Ἄλλο.

Ἀβδήρων ἀφθιμένων τὸν αἰνοτάτῳ Ἀγάθωνα,
Πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἤδη ἐβόησε πόλις.
Οὔ τινα γὰρ τοιόνδε νέον ὁ φιλαίματος Ἄρης
Ἡνάρισε συμερῆς ἐν προφάλιγξι μάχης.

Ἄλλο.

Καί σε Κλεηνοερίδη πόθος ἤλασε πατρίδος αἴης,
Θερμήσιν δὲ νότου λαίλαπι χειμερίῃ.
Ὥρη γάρ σε πέδησεν ἀείγυος ὑγρὰ δὲ τῷ σῷ
Κύματ' ἐφ' ἱμερτῷ ἔκλυσεν ἡλικίῃ.

Ἄλλο.

EIVSDEM ANACREONTIS epigrammata aliquot.

Quintum epigramma Βυκόλε τὴν ἀγ. *interpretatus est Ausonius, reliqua Henricus Stephanus.*

Conditus hoc tumulo est præstans Timocritus armis.
Haud parcit Mauors fortibus, at timidis.

Aliud.

Fortem pro Abdera bellis Agathona peremptum
Conclamans tota vrbs planxit in igne rogi.
Nanq; parem nullum iuuenem Mars sanguine gaudens
In duræ occidit turbine militiæ.

Aliud.

Vita, Cleenoride, patriæ te liquit amore,
Terret dũ hyberni nulla procella noti'
Nam te hora implicuit nullo sponsore cauenda:
Fluctibus & florens mersa iuuenta tua est.

Aliud.

Aliud.

Quæ thyrsum gerit, est Heliconias: ad latus eius,
Xanthippe. Glauce est proxima, quæ sequitur.
Monte pedem referunt: Baccho portantur ab illis
Vuæ iunctæ hederis, hœdus & anniculus.

Aliud, De bucula Myronis.

Pasce greges procul hinc, ne quę so bubulce Myronis
Æs veluti spirans cum bubus exagites.

Aliud de eadem.

Bucula nou fusa est, sed in æs induruit annis,
Quam manibus falso vendi cat ipse Myron.

Aliud.

Non placet ille mihi, plena inter pocula quisquis
Dissidia & Martis bella cruenta refert:
Sed qui Musarum Paphiæque illustria dona
Commiscet, lepidis deditus estque iocis.

Scoliæ autem quæ alii Alcæo tribuerunt, alii Sapphûs esse voluerunt, nonnulli & Anacreonti adscripsere, inter versuum Alcai collectanea inuenies. Verisimile est autem ea esse diuersorum.

Ἄλλο.

Ἡ δ' ὑρσὸν ἔχουσ', Ἑλικωνιάς· ἡ δὲ παρ' αὐτῆ, Ξανθίππη· Γλαύκη δ' ἡ χδὸν ἑρχομένη.
Ἐξ ὄρεος χωρεῦσι, Διωνύσῳ δὲ φέρουσι
Κισσὸν καὶ σταφυλὴν, πίονα καὶ χίμαρον.

Ἄλλο εἰς τὴν Μύρωνος βοῦν.

Βουκόλε τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
Βοίδιον ὡς ἔμπνουν βοσὶ συνεξελάσῃς.

Ἄλλο ὡς τὸ αὐτό.

Βοίδιον ἐ χαλκοῖς πεπυκασμένον, ἀλλ' ἀπὸ γήρως
Χαλκωθὲν σφετέρῃ ψεύσατο χεὶ Μύρων.

Ἄλλο.

Οὐ φίλος ὃς κρατῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων
Νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει.
Ἀλλ' ὅστις μουσέων τε καὶ ἁγλαὸν δῶρ' Ἀφροδίτης
Συμμίσγων, ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.
Τῆ αὐτῆ ἐν τοῖς ἐλεγείοις.
Οὐδέ πω οἶδα ἐγὼ τί τε δεῖ λέγειν, τί δὲ μὴ λέγειν· ἀμηχανίῃ δὲ δέδεμαι.

SEQVVNTVR ALIQVOT ANAcreontis odæ ex Eliæ Andreæ interpretatione, quas supra ab Henrico Stephano interpretatas habuisti.

Supra, pag. 47, *Cantẽ libens, &c.*

CAntare nunc Atridas
Nunc expetesso Cadmum:
Testudo vero neruis
Solum refert Amorem:
Mutanda fila nuper
Curo, lyramque totam:
Et Herculis labores
Mox ordior: sed illa
Sonans refert Amores.
Magni valete posthac
Heroes ergo nobis:
Nam barbiti iocosa
Solos canunt Amores.

Ibidem, *Tauro ferire, &c.*

Cornu duplex inuencis
Natura, & vngulas dat
Firmas equis, pedesque
Lepusculis fugaces,
Leonibusque dentes
Vasto truces hiatu:
Vim piscibus natandi,
Volucribus volandi,
Audaciam viris: nec
Iam fœminis valebat.
Quid his dat ergo? formam.
Pro parmulis & illam
Dat, omnibusque telis.
Sic vincit ergo ferrum
Puella, vincit ignem.

Supra, pag. 48, *Nuper silente nocte, &c.*

Media silente nocte,
Vbi prona vertitur iam
Helice ad manum Boota.
Domitum & labore duro
Hominum genus quiescit:
Puer appetit, measque
Pepulit fores Cupido.
Ego vero mox, Quis, inquam,
Mihi nunc fores lacessit?
Mea visa dissipabis.
Aperi, inquit ille: noli
(Quia sum puer) timere.
Madefio totus imbre:
Vagus erro nocte opaca.
Ita quum foret loquutus,
Miserescimus, parata
Aperimus & lucerna.
Puerum quidem ferentem
Video pharetram & arcum,
Video ferentem & alas.
Statuo repente ad ignem.
Ibi vero quum sederet,
Manibus manus fouebam
Pueri, quoad tepescant.
Madidis comis & imbrem
Gelidum leue exprimebam.
Mora nulla, quum teperet,
Vitiatur hic mihi arcus,
Libet, inquit, experiri:
Madet imbre namque neruus.
Citus ergo tendit, hepar
Mihi figit & quasi æstrum.
Resilitque cum cachinno.
Simul inquit, hospes euge,
Animo

Animo bono esto mecum.
Mihi namque saluus arcus,
Tibi vero cor dolebit.

Supra, p. 49, *Teneris superq;. &c.*

Super hac virente loto
Recubans, superq; myrto
Tenera, bibam lubenter.
Agedum, Cupido vestem
Humeros supra reuinctus,
Mihi poculum ministret.
Cita namque currit ætas,
Rota ceu voluta currus.
Iacebimusque puluis
Leuis, ossibus solutis.
Lapidi quid addis vnguen?
Quid humi rosas profundis?
Liquido velim capillos
Potius frices odore.
Mihi, dum fruiscor euo:
Roseam pares coronam,
Simul & voces amicam.
Siquidem, Cupido, nobis
Libet, antequam choreas
Acherusias petamus,
Ita dissipare curas.

Ibidem, *Rosam amorib &c.*

Rosam amoribus dicatam,
Age misceamus ipsam
Semeleio bibentes.
Foliis rosa decoris
Caput vndique impediti,
Age molle rideamus.
Rosa, singularis ô flos,
Rosa, prima cura veris,
Rosa vel deum voluptas.
Rosea puer Cytheres
Caput implicat corolla,
Charitum vt choros frequentet.
Age vero me corona,
Fidibus canam sonoris
Adytis tuis Lyæe.
Lepidaque cum puella
Roseis nitens corollis,
Pedibus solum lacessam.

Supra, pag. 50, *Roseis comas co. &c.*

Roseis quidem coronis
Caput vndique impediti,
Hilarescimus bibentes.
Speciosa vero thyrsos
Strepitantibus flagellis
Hedera ferens sonantes,
Pede prompta delicato
Choreas puella plaudit,
Cithara canente dulci.
Puer at coma decorus
Fidibus, canore blando,
Liquidam suaue spirans
Sociat subinde vocem.
Amor aureo capillo,
Etiam decens Lyæus,
Etiam decens Cythere,
Senibus quidem expetitum
Properant videre Comum.

Ibidem, *Hyacinthino hac.*

Sequar vt citato euntem
Pede se iubet Cupido,
Hyacintinaq; virga
Rigidus premit morantem.
Rapidas sequor per vndas,
Nemora inter atque valles.
Miserum at momordit hydrus.
Mihi vero cor sub ipsas
Saliebat vsque nares:
Subito & miser periissem:
Sed amor tum vtraq; molli
Quatiens caput mihi ala,
Cruciaris, inquit, amens,
Quia non vales amare.

Ibidem, *Amabilis columba.*

Amabilis columba
Dic, vnde quaſo prodis?
Dic, aerem ſerenum
Penna ſecans volucri,
Spiras tot vnde tandem
Et irrigua odores?
Quis eſt? rei quid autem?
Anacreon herus me
Emiſit ad Bathyllum,
Nunc cuncta poſſidentem
Vnum omniumque regem.
Nuper breui Cythere
Me mancipauit hymno:
Iam vero Anacreonti
Ego hactenus miniſtro,
Quosdamque codicillos
En ipſius fero nunc:
Ob idque liberam me
Dicit breui futuram.
Verum licet manu me
Mittat ſenex, ego illi
Seruire ſemper opto.
Quid attinet volare
Vel montibus vel agris,
Et arbori inſidere
Agreſte neſcio quid,
Siquid modo, eſt tantem?
Nunc vero pane veſcor,
Quem de manu reuello
Rapax Anacreontis.
Quod vero potat ille
Merum, mihi dat vltro.
At ipſa pota ſalto,
Herumque Anacreontem
Alis obumbro paſſis.
Quieſco vero nocte
Super lyra recumbens.
Iam rem tenes: abito.
Cornice reddidiſti
Me iam, loquaciorem.

Supra, pag. 52, *Dicunt mihi puel.*

His vocibus procaces
Me fœmina laceſſunt,
Anacreon ſenex es.
Speclo intuere ſumpto,
Nulla vt tibi comæ ſint,
Vt lauis inſuper frons.
At neſcio ſuperſint
An fluxerint capilli:
Sed id ſcio, decere
Ludos amœniores
Eo magis ſenem quo
Fatum magis propinquat.

Supra, pag. 53, *Quibus loquax.*

Quid vis tibi ſceleſta,
Quid vis, hirundo fiat?
An vis capi, volucres
Alas tibi vt recidam?
An linguam, vt ille Tereus,
Mauis metam nocentem?
Cur mane ſomnianti
Iſta loquacitate
Mihi eripis puellam?

Supra, p. 53, *Libet libet iam am;*

Libens libens amabo.
Amare Amor iubebat,
Sed ipſe mente captus
Parere negligebam.
Hic ergo ſumit arcum,
Et auream pharetram,
Me prælio laceſſens.
At ipſe vero tectus
Lorica, vt olim Achilles,
Haſtaque parmulaque,
Audax repugno amori,
Ferox petit: recedo.
Exhauſta vbi pharetra,
Ringit: dein ſeipſum
Immittit vt ſagittam.

Mihi-

Mihique ſoluit artus.
Et intimum ſubit cor,
Nil parmula tegente.
Nam cur foris petamur,
Quum prælium ſit intus?

Ibidem, *Nil curo, &c.*

Nil Sardium potentem
Curo Gygen, nec vllo
Amore tangor auri,
Nec æmulor tyrannis.
Perfuſa curo barba
Nardo vt mihi nitescat.
Curo vt roſa rubentes
Caput mihi coronent.
Id curo iam quod inſtat.
Cui nota craſtina eſt lux?
Ergo bibas oportet,
Libans voces Lyæum,
Ludasque per ſerenum:
Ne forte ſi occuparit
Morbus neget bibendum.

Ibidem, *Thebana bel &c.*

Thebana dicis arma,
Troiana cantat ille:
Meas at ipſe clades.
Me non eques, pedesve,
Non perdidêre naues:
Quoddam nouum ſed agmen
Ab acribus petens me
Et faſcinans ocellis.

Ibidem, *Torno mihi, &c.*

Argenteum toreuma
Vulcane quaſo nobis
Polito, non Gradiui
Quidem furentis arma:
(Quid cura, præliari?)
Sed poculum peramplum,
Quantum potes profundum.
Cælata vero in illo
Nec plauſtra ſint, nec aſtra,
Nec Orion aquoſus.
(Quid Pleiades moramur?
Quid aſtra item Boota?)
Fac vineam virentem,
Cum mitibus racemis.
Fac aureos prementes
Pulchrum ſimul Lyæum,
Cupidinem, Bathyllum.

Supra, pag. 56. *Fœcunda terra.*

Terra bibunt feraces,
Planta bibunt & illas,
Auras Thetis marina,
Et aureus Thetin ſol:
Bibitque luna ſolem.
Quid increpatis ergo
Me, dum bibo, ſodales?

Ibidem, *Nioben ſi etiſſe.*

Et Tantali ſilex ſi at
Propter Phrygum fluenta.
Pandionisque nata
Volucris eſt hirundo.
Speculum forem ſed ipſe,
Quod ſemper intueris:
Veſtis forem decora,
Vt ſemper induas me.
O ſi latex perennis
Fiam, lauemque totam
Te, lux mea, vt linam, ſim
Nardus libens odora.
Sim faſcia & papillis,
Collo vnio decenti,
Plantisque mollicellus
Sim calceus tenellis,
Vt ambulans teras me.

Supra, pag. 57, *Si prorogare vitã.*

Si prorogare vitam
Mortalibus valeret,
Seruare nitar aurum,
Sumpto appetens vt auro
Me Parca præteriret.

Sin nemini liceri
Vitam licebit vnquam,
Quare laboro frustra,
Praeoccupoque luctus?
Nam si mori necesse est,
Quid me iuuabit aurum?
Optamus ergo posthac
Dulci madere vino
Cum commodis amicis,
Toroque molliore
Pulchram tenere Cyprin.

Supra, pag 58, *Vt me subit, &c.*

Simul subit Lyaeus,
Curae graues quiescunt,
Latusque canto, Crœsi
Ceu possidens talenta,
Et cuncta mente calco,
Iacens humi decorus
Nigris caput corymbis.
Armare, at ipse poto.
Affer scyphum puer, da.
Nam praestat ebrium me
Quam mortuum iacere.

Ibidem, *Agedum perite pi.*

Age vero summe pictor
Rosea magister artis.
Agedum, meam puellam,
Licet absit illa, pinge.
Ego te modum docebo.
Facito comam nigrantem,
Tenuique crine mollem.
Syriumque spiret illa,
Si cera possit, vnguen.
Nigricante sub capillo,
Age frons abusque primis
Niteat genis eburna.
Duplicem supercili arcum
Caue misceas, feces ve:
Coeant: sed id latenter,
Veluti vides in illa.
Pilus hinc & hinc nigrescat.
Facito igneos ocellos,
Vt habet Minerua, glaucos:
Venus alma, mollicellos.
Tyrio rosa colore,
Niuedque lacte mixto,
Fieri genas oportet.
Facito labella Suada.
Quibus osculum lacessat:
Tenerum deinde mentum
Domina, & polita ceruix
Charites habeto circum
Nitidas simul volantes.
Superest vt induatur
Tyria stola, pusillum
Cutis vt tamen patescat,
Reliquosque prodat artus.
Satis est: videre namque
Videor mihi. Euge forsan
Etiam loquêre cera.

Supra, pag. 59, *Meos Bathyllos*

Mihi pinge sic Bathyllum
Veluti docebo, pictor.
Facito comas decentes:
Color intus vt niger sit,
Rutilante parte summa.
Cincinnum inordinatis
Face liberum capillis,
Vt amant sinens iacere:
Supercili corona
Nigrior dracone frontem
Volo cingat hinc & inde,
Teneramque roscidamque.
Oculum nigrum trucemque
Facito, & tamen serenum,
Habet illud a Gradiuo,
Habet istud a Cythere.
Dubia vt citetur hinc spes,
Pauidusque terror illinc.
Gena vero more mali

Rosea

Rosea induatur ipsi
Tenui nouaque pube.
Et eam, vt potes pudoris
Proprius rubor coloret.
Labra nescio vt tibi sint
Faciunda. sunto vero
Tenera, atque plena Suada:
Simul ipsa porro cera
Taceat, simul loquatur.
At amplus esto vultus.
Sed eburna praeteribam
Adonidisque colla.
Age, Mercuri manus da,
Mediumque pectus illi:
Pugilis femur Laconis,
Semeleiique ventrem.
Mediam deinde pubem
Veneris rudem explica, iam
Venerem sed appetentem.
Tua at parum benigna ars,
Speciosiora quae sunt.
Vetat exhibere terga.
Quid opus pedes docere?
Pretium dabo quod optes.
Age, Apollinem mihi istum
Aboleto, fac Bathyllum.
Fuerisque si profectus
Etiam Samum, fac ipso
Mihi Apollinem ex Bathyllo.

Supra, pag. 61, *Sine haustibus.*

Merum merum Lyaei
Prolixius propina,
Furam furam libenter.
Furebat olim Orestes,
Alcmaon & furebat,
Vterque matre caesa:
Qui neminem necaui,
Sed optimum Lyaei
Vinum bibi rubellum,
Τάττει τοῦ Στησιχόρου μέλη· ὑπάρχει τόδε,

Παλλάδα τοξοπλόκλινα κλήζω, πολεμαδόκον, ἀγναν,

Παῖδα διὸς μεγάλα δαμνοπόλοι.

* ἄϊσον παρθένον.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι, Δειπνοσοφ. βιβλ. ια.

Εκάλουν δὲ κ) οἱ σὺν Θεμιστοκλεῖ τὸν πέλεκυν σεφήνους, ὡς Δημοχάρης ἐν τοῖς περὶ Ἀναξιμάνδρου, ὡς Αλκαῖος ὁ τύραννος, Αλλὰ καὶ ἡ τιμὴ ἐπὶ τοῖς δέρασι τοξότης πολεμικῶς αὖτα πελεκεῦσα κ) Ανακρέων, Πλέκων δ' ὁ τοῦ Δημοχάρους ἐπὶ τοῖσι λοπάσι ἔλεγεν.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ. αὐτόθι.

Εν τοῖς Σαμιακοῖς νόσημα σύρηκες [ὁ Αχιλλεὺς ὁ μύρων ἐπὶ Δαμοίτᾳ ἐπὶ ἡδυπαθείᾳ οἱ Λυδοί,

καὶ τὸ παρ' Ἀνακρέοντι λυδοπαθὴς ἀκούσιν ἐπὶ τῶ ἡδυπαθής.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΜΜΩΝΙΩι, ἐν τῷ περὶ ὁμοίων Ε Δημοφόρων λέξεων.

Ἐπιδόντος δ' ὁ μοχθηρὸν ἔχων φήμιλο. Ἀνακρέων ἐν τῷ β'. Καὶ μ' ἐπιδόντον καὶ γείτονας ποιήσεις. τοῦτον δ' ἔνιοι τῶν ποιητῶν ἐπίσωφατον καλοῦσι.

ΠΑΡΑ ΜΑΞΙΜΩι ΤΩι Τυρίω, λόγω. η.

Ἡ δὲ τοῦ Γηΐου σοφιστοῦ τέχνη τοῦ αὐτοῦ ἤθους καὶ τρόπου. καὶ γὰρ πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν, καὶ ἐπαινεῖ πάντας. μεστὸν δ' αὖ τὸ ἄσμα τῶ Σμέρδιος κόμης, Ε τῶν Κλεοδέλας ὀφθαλμῶν καὶ τῆς Βαθύλλα ὥρας ἀλλὰ κἀν τούτοις τῶι σωφρονιστῶι ὀρᾷ. ἔρασμιή τις σώνεκα, φησί. χαρίεν γὰρ ἔχει ἦθος, καὶ αὐθις, καλὸν εἶναι τῷ ἔρωτι τὸ δίκαιον, φησί. ἤδη δέ που Ε τῶι τέχνῳ ἀπεκαλύψατο. ἐμὲ γὰρ λόγων εἵνεκα παῖδες αὐ φιλοῖεν. χαρίεντα μὲν γὰρ διδῶ, χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι. τοῦτο καὶ τὸν περὶ Σωκράτους Ἀλκιβιάδην ἔλεγχον, εἰκάζων αὖ τῶι χαρίεντι τοῖς Ὀλύμπου Ε Μαρσύα αὐλήμασι τίς ἂν ὦ θεοὶ μέμψαιτο ἐρασθῆναι τοιοῦτον αὐλητοῦ Τιμόκρεω;

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ εἰς τὸν Ὅμηρον.

Νιόβης δ', ὁ τελεία ἔλαφος, ἀλλ' ὀνειαῖ βορᾶι δηχμῶι. διὸ καὶ ὁ Δημοσθένης περιφέρεται ἐπὶ γαστρὸς, Τέκνος ἐλάφοιο ταχείης, τοῦτ' ἔστιν, ἡ πάχος ἐξαίρετον ἡ φύσις ἐφιλοπημάτησε εἰς δαπάνην αὐτῶι τὸ ἐπιβάλλον. φέρεται δὲ καὶ Ἀνακρέοντος χρῆσις αὕτη, Οἷά τε νιόβην νιοθηλέα γαλαθηνόν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ, αὐτόθεν.

Φέρουσι δὲ εἰς ὁμοιότητα καὶ Ἀνακρέοντος Β, Καὶ δ' ἐλοπὸς ἐχίδνη, αὐτὸ τοῦτο κατορθοῦσα τὸ ἰκμαῖον.

Ἐκ τῶν Ε αὐτοῦ. εἰς Ὀδυσσ.

Ἐκ τοῦ κνῶ καὶ τὸ κνίζω, ἤγουν ἐξεπιπολῆς καὶ ἰσχνῶς καθαίρω. ἀφ' ἅπερ ὁ μόνον ἡ κνῖζα, ὡς καὶ αὐτὸ ἐν ἄλλοις κεῖται, ἀλλὰ καὶ ἡ κνίζα, ὡς ῥίζω ῥίζα, Ἀνακρέων, Κνίζη τις ἤδη Ε πέπερι γίνομαι σὺν Δημητριακοῖσι

Παρὰ τῷ αὐτῷ, εἰς Ὀδυσσ. φ.

Εν δ' τῶ, Μύθου ἐπαιγισίλω, οἱ παλαιοὶ μῦθον μὲν σύνηθες ἰδίως τῶι ῥαίσιν λέγουσιν. ἐπὶ καὶ Ἀνακρέων τὸν ἐν Σάμῳ ἥλων εἰπὼν σασιασθὲς, Μυθηταὶ δ' ἐννέα, φησὶ, διέπουσιν ἱερὰν ἄκυν. αὐτὸ τοῦτο σασιασμὸν ἐπίρρητον.

ΠΑΡΑ ΤΙΝΙ ΑΝΩνύμῳ.

Ἐγὼ δὲ περὶ τοῦ Ἀνακρέοντος μούσης ὡς ἐν κατακλασικοῦ μοίρᾳ ὑποτεταγμένου τῇ ἑορτῇ καὶ ἄμμι ἔλεγε,

Θεὰων ἀνάσσετε Κύπρι,
ἵμερος κραίνετε χθονίων
γάμοις βιότοιο φύλαξ,
ὑμέναις λόγοις λιγαίνω,
ὑμέναις ἠχὶς κυδαίνω,
ἵμερον γάμου Παφίης.
δέρκεσθ' τῶν νεανῶν, δέρκεσθ κοῦροι· ἔρρετο μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα.
Στεφάνοκλεις φίλος Κυθήρης,
Στεφανόκλεις ἀνὴρ Μυείλλης.
ἰδοὺ τῶν φίλων γνωσιμαχεῖ· κρημάσει, πέρδιξ, λάμπε

ῥίδην

ῥόδον αὐθίων ἀμάτων,
ῥόδον ἐν κόραις Μυείλλα.
ἠέλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνῃ,
κυπάρισσος πεφύκῃς σὺν ἐοὶ κήπῳ.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι, Δειπνοσοφ. βιβ. ις.

Ἀπίων ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς Δημοκλείας φησὶ τὸν στέφανον πάλαι κρωνὸν καλέμμον. διὸ τοὺς χορηγοὺς ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι. αὐτούς τε περικειμένους καὶ ἐπὶ τὸν στέφανον ἀγωνιζομένους· καθὼς ἐν τοῖς Σιμωνίδου ἰδίοις ἐστὶν, ἅπερ καλλιμβόην, Φοῖβος ἐσάγητε Τυνδαρεὶδησιν ἀοίδησιν, ἅμιτροι τέτριγες ἐμίμψαντο κρωνάς.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Αἰσχύλος δ' ἀμυμώνην αὐτὸν Δημοφίλων φησὶ, Κἀγὼ μὲν ὡς σὰς βακχάρεις τε καὶ μύρα. καὶ Σιμωνίδης.

Κ' ἠλιφόμιλω μύρισι καὶ θυώμασι καὶ βακχάρει.

Ἐκ τοῦ Εὐσταθίου εἰς Ὅμηρον.

Ἐπίχαρμος δ', φασὶν, καὶ αὐτὸς Δημοῦ τ' ἐλεγεῖον ὅσον ὁμοίως τῷ Ἰθύμῳ, ἐν τῷ, ὥσα χανὸς. Ε Σιμωνίδης δὲ τῷ, Οἷόν τε χιὼς ὅσον Μιλησίοις.

ΠΑΡΑ ΠΛΑΤΩΝΙ πολιτ. α.

Λέγε δή, εἶπον ἐγὼ, σὺ δ' ὃ τοῦ λόγου κληρονόμος, τί φὴς τὸν Σιμωνίδην λέγοντα, ὀρθῶς λέγειν δοκοῦντα; Ὅτι, ἦ δ' ὅς, τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστοις ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐστι.

ΠΑΡΑ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩι Τζιτζῆ ἱστορικῶν χιλιάδι α.

Τοῦτον [τὸν Ὀρφέα] φασὶ τῇ μουσικῇ θέλγειν Ε λίθους θέλγειν,
Ὡς γράφει που περὶ αὐτοῦ Ε Σιμωνίδης ἔτω,
Τοῦ καὶ ἀκρίσιοι ποτῶντ' ὄρνιθες ὑπὲρ κεφαλᾶς·
Ἀνὰ δ' ἰχθύες ὀρθοὶ κυκλοῖεν ἐξ ὕδατος ἄλμεντο
Καλᾷ σὺν ἀοιδᾷ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ αὐτόθι.

Οὗτος δ' ὁ παῖς Υάγνιδος τὸν Ὄλυμπον διδάσκει.

Ἐλίζων δ' οἷς κρείττοσιν, ὡς ἔφη ὁ αὐτήρεθη.

Τῶν δ' ἕλεν τοιοῦτον φησὶν ἄσμα Σιμωνίδης.

Χρυσᾷ δ' αὐγλήεντ' ἀσπίδα θέσθαι ἀμφιδασείας
Κόρυσας, καὶ τόμα λάβρον ὀπιθοδέτοισιν ἱμᾶσιν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ. αὐτόθι.

Οὗτος ὁ Κεῖος Σιμωνίδεω ἐστὶ σωτὴρ,
Ὃς καὶ πεθνειὼς ζῶντι παρίσχε χάριν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Ἐξ ἐπὶ πευτήκοντα Σιμωνίδη ἤγαγον ἵππους
Καὶ τρίποδας. θνήσκεις δ' ἐν Σικελᾷ πεδίῳ.
Κεῖνο δ' μνήμιλον λείπεις, Ἕλλησι δ' ἔπαινον,
Εὐξυνίστε ψυχῆς σῆς ἐπιγλυκερῷ.

Alia Simonidis carmina elegiaca vide in anthologia epigrammatum, & alibi.

ΑΛΚΜΑΝΟΣ.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ εἰς Ὅμηρον.

ΠΑροξυνάς δὲ ἐλήσας τὸ λήθιον ὁ Δίδυμος, ἀποτρεῖ αὐτὸ καὶ ἐκ τῶν παροδίων ὡσεὶ ἐξαμβλοῦν ἐπεί φησι Λήδας τὸ τοιοῦτον, ὁ Δωριεῖς Λάδας φασίν. ὡς Ἀλκμὰν, Λάδος ἐμβάλ᾽ ἀκάλεν. ἤτοι, λήθιον ἐσθίουσι σύες.

ΑΡΧΙΛΟΧΟΥ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΜΜΩΝΙΩι ἐν τῷ περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.

ΟΜὲν γὰρ αἶνός ἐστι λόγος καθ᾽ αὑτὸν πόλησιν μυθικὸν ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν, ὡσὲ ἀνθρώπους εἰρημένος, ὥς φησι Ἀρίστιος Ταρσεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν παροιμιῶν· οἷον ἀπὸ μὲν ἀλόγων ζώων, ὡς παρ᾽ Ἀρχιλόχῳ,

Αἶνός τις ἀνθρώποισιν ὧδ᾽, ὡς ἀρ᾽ ἀλώπηξ τέκ᾽ ἀστὸς
Ξειωνίλιον ἔθεντο. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ,

Ἐρέω δὲ τοῖσιν ὑμῖν αἶνον ὦ Κηρυκίδη,
Ἀχυρμὸν σπυρίδι
Πίθηκος ἦσι θηρίων ἀπηκριθεὶς
Μοῦσος ὡς ἐχάλκιον.

Τῷ δ᾽ ἄρ᾽ ἀλώπηξ κερδαλῇ συμβώσετο,
Πυκνὸν ἔχουσα νόον.

ΠΑΡΑ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩι ΤΖΙΤΖΗ ἱστορικῶν χιλιάδι ω.

Τλώϊλα καὶ Λίνκι χαῖρε ναῦαξ
Ἡφαίστου,
Αὐτός τε Ἴολλος, αἰχμητὰ δύω.

HENRI-

HENRICVS STEPHANVS
LECTORI S.

QVum varia, quibus distineor, occupationes e medio studiorum cursu me reuocassent: nec quod illis eripere tempus poteram, ad seria tractanda satis esset: interim quod dabatur, accipiens, eas Anacreontis Odas, quas iam ante Gallicas feceram, in aliquot amicorum gratiam Latine quoque aggressus sum vertere. Iam vero extremam manu operi impositam, quum eo rem deductam viderem, vt qua meis intimis dicaueram, cum externis etiam communicanda forent: quo plures huius mei laboris futuri essent particeps, eo maiorem cautionem & diligentiam adhibendam mihi existimaui. Feci itaque non inuitus, vt qua vertendo hoc poeta, tanquam aliud agens, obseruaram, ea in commentariolum redigerem: quo tum mea interpretatio, vbi alicubi rationem tibi redderem: tum etiam in locis difficilioribus labore meo tuum aliqua ex parte sublenarem. Vale: si quid nouisti rectius istis, Candidus imperti: si non, his vtere mecum.

HENR. STEPHANI OBSERVATIONES maiores in Anacreontis carmina.

PAGINA 47. Θέλω λέγειν Ατρείδας. In altero exemplarium, nimirum in eo quod in libro, id est cortice, scriptum reperi, primum locum occupat hæc oda: & recte, meo quidem iudicio. Proponit enim in hac versuum suorum argumentum: idque, lepido vtens commento, quo se quodammodo excusare velle videtur. Cui non dissimile illud est a quo primum Amorum librum exorsus est Ouidius, vt enim hic in lyram suam, ita ille in Cupidinem culpam reiicit: vbi ait, Arma graui numero, violentaque bella parabam Edere, &c. Idem in 3. duobus versibus hoc ipsum complexus est, hoc modo, Quum Thebæ, quum Troia foret, quum Cæsaris acta, Ingenium mouit sola Corinna meum. Anacreon quoq; Atridas quum dicit, Troiana bella: quum Cadmum, Thebana intelligit. nam respondent hi duo primi versus illis, Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης, Ὁ δ' ἐμὸς Φρυγῶν αὐλός.

Χαίρειτε λοιπὸν ἡμῖν Ἥρωες. Ouid. Elegia 1. lib. 2. Amorum, quum dixisset, Ausus eram (memini) cælestia dicere bella, &c. ita tandem claudit elegiam, -heroum clara valete Nomina: non apta est gratia vestra mihi.

Λέουσι χάσμα ὀδόντων. In cortice propemodum fugiebat oculos hoc verbum χάσμα, sed in altero exemplari facile legebatur. Hoc autem vocabulo vtitur & Plutarchus eodem modo, quum ait, Ἀφ' ἑτέρου θηρίων ἡ ἄρκτος ἥκιστα διεδίετο τὰ δίκτυα, καί τοι καὶ ἀλώπεκες διεδίουσι. πότερον οὖν δώσετε τὰς ὀδόντας ἔχουσα τῷ χάσματος, ἥκιστα πρὸς τὰ λίνα ἐξικνεῖται προσιοῦσιν ἢ τὰ χείλη Λέοντος καὶ μέγεθος Hiatum appellant etiam Latini. ὀδόντων autem videtur dixisse pro στόματος, quia dente maxime timendus est leo. vnde Alcibiadi quum obiecisset quidam, δάκνεις ὡς ἡ γυναῖκες, ὦ μδμουῶ, εἶπεν, ἀλλ' ὡς οἱ λέοντες.

Τοῖς αὐθάδεσι φρόνημα. Interpretatus sum φρόνημα, prudentiã: vt idem sit hoc loco quod φρόνησις. nam quis nescit eam viris esse peculiarem, nec in muliebre ingenium cadere eam vim ratiocinandi quæ in viros? non sum tamen interim ignarus φρόνημα etiam animi magnitudinem & ferociam significare. Sed quorsum

sum istuc? præsertim quum multæ feræ magnos gerant spiritus: omnium autem maxime leo ipse, qui etiam magnanimus propterea dicitur a poetis. Sed & Phocylides quum enumerasset ea quæ a Deo animantibus ratione carentibus tributa sunt, concludit, λόγος δ' ἔρυμα ἀνθρώποισι.

Γυναιξὶν οὐκέτ' εἶχεν. non iam poterat δωῦναι φρόνημα, vel φρεμ iam vni dono datam, alteri donare non posset: vel quod mulierum leui & mobili ingenio non satis hoc munus conueniret. Ego vertiad verbum, vt ambiguum sensum retinerem.

Στρέφεται δ' ἄρκτος ἤδη. Hom. Odyss. 1, de Vlysse loquens,

-ἀδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πλησάμενος τ' ἐσορῶν καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη δ' ἄμμορος ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. Ouid. lib. 1. Trist.

Iamque moræ spacium nox præcipitata negabat, Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.

48 Κῷ μεῦ χρόις ὀνείρους. Non est αὐακόλεθος oratio imitatur enim vulgarem sermonis formam, perinde ac si dicat, Quis pulsat fores? certe tu, quisquis is, intempestiue aduenis. interturbabis enim mea somnia. vt alibi dixit, Τί μου καλῶν ὀνείρων Ἀφῆρπασας Βάθυλλον. Est autem κῷ μεῦ χρόις, pro καὶ χρόις. vt alibi, αὐὰ δ' ὑθὺ λύχνον ἅψας. &, αὐὰ δ' ἄκλιστα καχάζων, pro αὐακαχάζων. nam tmesi frequenter vtitur.

Εσορῶ φέρητε τόξον. Scio dici posse βρίφος φέρητε τόξον, eo modo quo dicitur πίνον φίλει, vt non vocis, sed significationis ratio habeatur. Verum quia μὲν particulam solet & debet sequi δὲ, lego φέρον δὲ quod enim dicit, est eiusmodi, Fores tandem meas aperui: & puerulum quidem conspicio, (quem ille mihi se esse dixerat) sed huius modi, qui arcu & pharetra iunctus esset, alasque gestaret.

Παρὲκ δ' ἰσίλω κυδίσας. Recte ἰσίλω Ionice, nec mutari debet.

Τόδε τόξον ἰσί μοι νῶ. Si pro ἰσί, legamus εἴ π, interpunctio esse debet post τόξον, non post verbum προέστωμεν, vt sit, προέστωμεν τόδε τόξον, ἅ π μοι νῶ βλάβεται, &c. Alibi tamen sine casu vsus est eodem verbo, vbi ait, ὁ δ' ἔρως, τόδ' ἐστὶν, εἶπε, Βαρὺ, προέστας νοήσῃς.

Καχάζων. Sic vet. non καγχάζων, quod versus non recipit. nec Latini γ retinent, quum Cachinnor dicunt.

Ολίγη ἔκεισό μεθεν Κόνις ὀστέων λυθέντων. Sic in quodam epigram. -ἐν δ' ἀχέροντι Οστία δ' ἀποδὴ παρθένε κεισόμεθα.

49 Ῥόδον ἔαρος μέλημα. Hic noue positus est tribrachys anapæsti loco, ita tamen legere malim quam inuerso ordine, ἔαρος ῥόδον μέλημα. Nam facile adducor vt credam hunc pedem fuisse admissum a poeta, dum captat leporem illum qui est ex eiusdem principii repetitione, qua mirifice gaudet: vt alibi,

Τὸν ἐφόρητον χορείας, Τὸν ἅλως πολυωπὸς μολπάς,
Τὸν ὁμότροπον ἔρωτι, Τὸν ἐρώμορον Κυθήρης. quibus alios quatuor subiungit, qui & ipsi initium idem habent.

50 Καῖς κιστοῖσι βρίμοντες. Quibusdam legendum videtur καῖσκίστοισιν vno verbo, id est κιστῷ κεκαλυμμένοις. quorum ego iudicium sequor. sed participium βρίμοντες mihi suspectum est.

Καῖς πηκτίδων ἀθύρων Προκόπ. Legitur & mutato ordine, ἀθύρῳ σοφοχέων.

51 Ἐξέλοιπε δὲ φιλῆσαι. Nemini scrupulum hic locus iniiciat. nam constat particulam δὲ ob φ sequens hic produci, quemadmodum & in illo versu, Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι. in illo item, Ῥόδα φέρουσιν ὧρῃ.

Τίς ἐσσι, σοὶ μέλει δέ. Crediderim ego hic legendum, τί δ' ἐσσι σοὶ μέλημα. vt apud Theocritum initio eidylii 44. cum alter dixisset, ὡς χρόνιος, respondet alter, χρόνιος, τί δέ τοι τὸ μέλημα.

Καὶ νῶϊ οἷας ἐκείνας. Suspicor legendum ὁρᾷς, vt sit δεικτικῶς prolatum per parenthesin.

Καὶ δένδρεσι κωδίζειν. Potest huiusmodi datiuis addi litera ν, potest & prætermitti. Idem dictum puta de similibus locis vt, οὐ ὄρεσι βοῶντα. Item, τί δ' ἄστρασι βοᾶτε. & siqui sunt alii. Memini enim me legere apud quendam Grammaticum huiusmodi datiuis non adscribi plerunque ν, ne duriorem efficiat orationem. intelligi tamen potentia, vt illi loquuntur.

Καὶ δεσπότῃ Ἀνακρέοντα Περοῖσι συγκαλύψω. Vide num legendum sit, κῇ δεσπότῃ ἐμοῖσι Περοῖσι συγκαλύψω. aut si non ἐμοῖσι, aliquid simile postulet locus. nam accusatiuus hic Ἀνακρέοντα videtur ex scholio irrepsisse.

52 Τὸ πυχθὲν σκιρτίωμεν. Legitur & πυχτέν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες. Palladas hanc Anacreontis odam suam fecit, mutato tantũ genere carminis. extat enim hoc illius epigr.

Γηραλέον μὲ γυναῖκες ἀποσκώπτουσι λέγουσαι
εἰς τὸ κάτοπτρον ὁρῶν λείψανον ἡλικίης.
ἀλλ' ἐγὼ εἰ λάβοιμι φορίω τρίχας, οἷα μελαίνας,
οὐκ ἀλέγω, βιότου πρὸς τέλος ἐρχόμενος.
καὶ δόμεις ἦ μύροισι κὴ ὀπιθίοις στεφάνοισι,
τῷ βρομίῳ πωίων φροντίδας ἐκβαλίας. Quod

Quod dixit Anacreon πὰρ πρπὰ πωίζειν, latius a Palladâ explicatum est, Sed ita tamen vt vim verborum non expresserit. Horatius eodem fere modo dixit, Amori dare ludum. Ouidius hoc vocat Ludere. Ego verti, Vacare amoribus iocisque, secutus quendam ipsius Horatii versum, quem ex Mimnermo transtulit.

Εἴτ' οὖσιν εἴτ' ἀπῆλθον. Mira est ἀφέλεια τοῦ λόγου in hoc poeta. vt hic vides in verbo ἀπῆλθον. In nullum certe melius quam in hunc illud Fabii quadrare possit, Esse in hoc quandam iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla affectatio consequi possit. Vnde & Horatius vere de ipso pronunciauit, Qui persæpe cauæ testudine fleuit amorem Non elaboratum ad pedem. Quotquot ergo dulcedini & suauitati orationis studuerunt, huius tanquam optimi magistri, vestigia ita secuti sunt, vt ne a verbis quidem eius discedere voluerint. Ac ne longe abeam, hoc verbum ἀπῆλθον eo sensu passim apud illos reperies: sed in præsentia mihi ex multis vnus ille locus succurrit,

-ὅπου σοῦ τὸ σφοσπον ἀπῆλθε Κεῖνο τὸ τ' λύγδου βάσκανον λειότερον.

Τί σοι θέλεις ποιήσω, Τί σοι λάλη χελιδών. Agathias Scholasticus hanc odam est in suo epigrammate imitatus, cuius initium est,

Πᾶσιν ἐγὼ τλῶ νύκτα κινύρομαι, οὗ τε δ' ἐπάλθῃ
ὄρθρος, ἐλιννδόμαι μικρὰ χαμαιζόμενος,
ἀμφιβαλὲ τί ζῆσι χελιδόνες, &c. Nam quod dixit Anacreon, ἀπορθρίαισι φωναῖς, dicit ille, οὗτε δ' ἐπάλθῃ ὄρθρος. & pro, Τί μοι καλῶν ὀνείρων Ἀφήρπασας Βάθυλλον, dicit,

Βαιὸν ἵνα κνώσοιμι· ἴσως δὲ τις ἤξει ὄνειρος,
ὅς μοι ῥοδωνῆτιος πήξεται ἀμφιβάλοι. Erat autem Ῥοδώνη eius amica. Hæc obseruatione sunt digna, & vt ipsi discamus caute imitari veteres, & siquid apud illos occurrat, quod in rem nostram sit, ita in vsum nostrum illud vertere, vt non aliunde tamen petitum, sed domi natum videatur.

54 Οὔ μοι μέλει Γύγαο Τᾶ σάρδιων ἀνάκτος. Dicitur &, σάρδις σάρδιων, & σάρδις σαρδίων, vt in quondam epigrammate, Σάρδις αἰ τοπάλαι Γύγαο πόλις. Potes igitur hic legere σαρδίων. si magis tibi probatur: nam vtraque lectio reperitur.

Οὐδ' αἱρέει με χρυσός. Legitur & sic, οὐδ' ἁλέ πω με χρυσός.

Λέγηται μὴ δεῖπνειν. Legendum videtur aut μηδὲ πίνειν, aut μὴ ὑπὲ πίνειν pro μὴ ἐπὶ. vt ἢ πὲ dicitur pro ἢ ἐπί.

Τὸν

Τὸν ἄργυρον τορεύσας. Legitur & τορεύων. nescio autem cur lib. 2. Epigramm. Græcorum coniungatur hæc oda cum superiore, cuius initium est, Οὔ μοι μέλει Γύγαο. Nam in veteribus libris eo est collocata loco quo hic vides: & Gellius seorsum ab altera hanc citat lib. 19. vbi quærit ecquis Latinorum poetarum tam fluentes carminum delitias fecerit.

Ποίει δέ μοι κατ' αὐτό. Legitur &, Καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτό.

Τί πλειάδων μέλει μοι, Τί δ' ἄστρων Βοώτεω. Legitur & sic, Τί πλειάδων μέλει μοι, Τί δ' ἀστέρος Βοώτεω. Sed prior lectio magis mihi placet, quod respondeat superioribus illis, Τί γὰρ μάχαισι κἄμοί. Quo etiam modo dixit alibi, Μέθετέ με φρονπίδες, Μηδέν μοι κῆδ' ὑμῖν ἔστω. sic dixit quidam, Ἐλπὶς κῆδ' εὐτυχὴ μέγα χαίρειτε, τὸν λιμὸν εὗρον· Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν. Præterea lib 2. Epigramm. Græcorum ita clauditur hæc oda, Μὴ συγνὸν ᾠείωνα, Ἀλλ' ἀμπέλους χλοώσας, Καὶ βότρυας μελαίνους, Σῶν ταῦ κηλαῦ λυαίου. sed melior Gellii lectio, quæ consentit cum nostra. Veesa autem fuit olim a nonnullis hæc oda, qui pro Bathyllo profundum interpretati sunt. quum nec vllus sensus ita possit ex hoc loco elici, nec diminutiua hoc modo fiant, a βαθὺς βάθυλλος. sed vt Ἡρακλῆς Ἥρυλλος, Ἀριστοκλῆς Ἀρίστυλλος, sic Βαθυκλῆς Βάθυλλος. Præterea vel ex Horatio notum debuit esse hoc nomen.

Καλὴ πέτνα. legitur & καλλιπέτνα.

55 Ποτὸν ποίει μοι περπνόν. si iambicum dimetrum catalecticum facere velis, legendum erit, commutato verborum ordine, Τερπνὸν ποίει ποτόν μοι. sed in hac oda vt & in aliis nonnullis, sunt varie mixti versus: ex quibus hi duo sunt dimetri ἀκαταλήκτοι, Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον, &c, Σωὰπὲ κούρης δύπτε πῖς.

56 Η Ταντάλου ποτ' ἔση Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις. Non puto poetam aliter scripsisse quam ἔση, imo etiam voluisse ludere in his duobus ὁμοιοπλαύτοις, ἔση & ἔπλη. Est autem valde proprium ἔση de saxo. quod natura rigidum est & immobile. Ita dixit Tibullus,

Stare vel insanis cautes obnoxia ventis.

Ἐγὼ δ' ἴσα πλέρων εἶλον. Extat epigramma Διονυσίου σοφιστοῦ, in quo ludit eodem fere modo quo hic. initium eius est hoc,

Εἶθ' αὖτμος ἡδόμην, σὺ δέ γε στίχυζα παῖ αὐγὰς
Στήθεα γυμνώσας, καί με πόνεζε λάθοις.

Εἶθε ῥόδον ἡδόμην κατὰ πόρφυρον, ὄφρα. &c. sic apud Theocritum vouet quidam pastor, - εἴθε ἡδοίμαν Ἀβρομέδεσσι μίλισσα. καὶ ἐς τὸν αὔτρον ἰκοίμαν. sic in quodam scolio, Εἴθε λύρα καλὴ ἡδοίμαν ἐλεφαντίνη, Καί με καλοὶ παῖδες φορεῖεν διὰ θυσιῶν ἐς χορόν.

Εἶθ'

Εἶθ' ἄπυρον κολὸν, &c. Ouidius mittens annulum ad amicam, tandem ait,

O vtinam subito fieri mea munera possem,
Artibus Æacis, Carpathiique senis.

Tunc ego te cupiam dominæ tetigisse papillas, &c.

Καὶ ταινίη μαστῶν. Proprie locutus est. nam, vt inquit Pollux, τὸ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὀνόμαζον & ταινίδιον. Ego strophium interpretatus sum, veteres Latinos secutus. Fascia enim generalius est nomen.

Μόνον ποσὶν παπεῖν με. nisi subaudias ὥστε, nõ procedet sensus.

Σπιφώκας δ' οἷας πυκάζω. Quidam legunt hic, ὅπως πυκάζω. & in vltimo versu πίνει, interrogatiue. Legitur & σκοπάζω pro σκεπάζω.

Παρὰ τὸν σκιλὸν Βαθύλλου. Legitur & Βάθυλλε.

Ἀπυλὰς σίειν δὲ χαίτας. Vulgo σίειν δὲ φθογγὰς ἀφεῖσαν. sed Anacreon alibi quoque σίειν protulit.

57 Ὁ πλοῦτος εἴ γε χρυσοῦ. Anacreon sua hæc dicta factis confirmauit. nam a Polycrate duobus talentis donatus, vt se duas iam noctes curis affectum ob ea vidit, reddidit illi, hoc vnum dicens, ἀμφὶ δυοῖν ταλάντοιν φροντίδας, id est, Non tanti sibi ea esse, vt curis propter illa vellet angi. vel, Pluris se quietum & solutum animum facere quam illa.

Ἐμοῖς φίλοις σωθῆναι. In quodam Scholio, loco tertio hoc ponitur. Τὰ μὲν ἄλγεα ὑπὲρ θνητῶν δεύτερον, καλὸν φυὰ γενέσθαι· τὸ τρίτον, πλουτεῖν ἀβλαβῶς· καὶ τὸ τέταρτον, σωθῆναι μετὰ φίλων. Et in quodam alio, Σώ μοι πῖνε, σωθῆναι, συστεφανηφόρει. σώ μοι μαινομένῳ μανέντι, συστεφανηφόρει σώφρονι.

Ὅταν πίνω τὸν οἶνον, Εὕδουσιν αἱ μέριμναι. Xenophon Symposio, Τάχα δ' ὅτι οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει· τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει.

Σὺ τάδε πίνειν ἡμᾶς. Fortasse primus versus Odes loco huius repetendus est, Ὅταν πίνω τὸν οἶνον, vt vides repetitum etiam secundum. nam sunt & aliæ odæ in quibus duo primi versus in fine etiam repetuntur. Obseruare autem oportet hic quoque acatalectos duos versus esse insertos, nimirum hunc, Τί μοι πόνων, τί μοι γόων &, Θανεῖν με δεῖ κἀν μὴ θέλω. Animaduerti contra facere in versibus trochaicis poetam, miscere dimetros catalecticos cum acatalectis.

58 Ῥοδίης κολεοῦ πίχυης. Quid si Ῥοδίης hic legas? certe cum aliorum

aliorum multorum, tum ipsius Pindari testimonio lectionem hanc confirmabis. Pro κείραντι autem quidam putant legendum τύραννι. illud non video quomodo lex versus possit ferre: sed ne hoc quidem satis aptum huic loco videtur.

Ἁπαλάς τε μελαίνας. Sic apud Theocritum, μαλακὸν ἠϊθέων.

59 Τὸ λειηδότως στώοφρυν Βλεφάρων ἵππιν κελαινῶν. Malim ego articulum annectens aduerbio, legere τοὐλειηδότως nam & usitatissimum in aduerbiis hoc est, & possit alioqui multis facessere negotium hic locus, qui hoc modo planus est & apertus. nam ἔχέτω βλεφάρων ἵππιν τοὐλειηδότως στώοφρυν, perinde est ac si dixisset, ἐχέτω ὡς ὀφρῦς λειηδότως συνειχομένας quo vocabulo vtitur alicubi Plutarch. existimabit aliquis tortasse βλεφάρων ἵππιν accipi ἀπὸ τῶν βλεφαρίδων, & hic sensus prima fronte se offert. sed si quis propius intueatur, videbit contextum orationis hoc non ferre nam quid hoc sibi vellet tandem, μὴ λάμπηδε τὸ μεσόφρυον, μηδὲ μίσγε, ἀλλ' ἐχέτω ὡς βλεφαρίδας στωόφρυς. absurdum certe hoc esset. quod si quis pertinaciter hanc interpretationem tueri voluerit, sed alio sensu, primum στώοφρυν legat. vt sit τὸ στώοφρυ substantiuum, quod & nouum est & durum: deinde claudens sententiam post στώοφρυ, & interpungens, addat ὡ post βλεφάρων, vt sit, βλεφάρων δ' ἵππιν κελαινῶ, & repetat ἀπὸ τῦ κοινῦ verbum ἐχέτω. sed vide quam vim afferas contextui, deinde an colorem βλεφαρίδων describeret, de superciliorum colore taceret? cur nō potius integram seruans orationis seriem, βλεφάρων ἵππιν accipies ὡς εἰρωνικῶς ἀπὸ τῶν ὀφρύων; nonnae positae sunt κύκλῳ τῶν ὀμμάτων δι' αἰ ὀφρῦς? Atqui dixit βλεφάρων, non ὀμμάτων. quid tum? si ambiunt totum oculum, certe & palpebras, oculi partem illis magis vicinam, præsertim si de superiore palpebra intelligas. adde quod hunc versum ingredi non poterat ὀμμάτων. Xenophō quoque dicit naturam prouidam ὀφρύσιν ὑπαγαγοῦσα τὰ ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν. Denique mihi magis videtur consentanea rationi hæc expositio. si quis tamen aliquid melius afferat, illum sequar. Est autem aliquando στώοφρυς mulieris epitheton, quo etiam puellam quandam honestat Theocritus eidyll 8. his versibus,

Κἤ μ' ὁκ τῶ αὔτεω στώοφρυς κόρα ἐχθὴς ἰδοῖσα
Τὰς ἁμετέρας παρελῶντι, καλὸν καλὸν ἦμες, ἔφασκεν.

Eadem appellatur & μίξοφρυς. Anacreon, vt vides, addit λειηδότως. Videre est autem ita propemodum coeuntia supercilia iis qui mœsti frontem contrahunt & corrugant. vnde etiam illi verbo ab hoc nomine deducto, συνοφρυοῦσθαι dicuntur. Mirum est

vero placuisse illis ita confusa supercilia, quum nihil a pulchritudine magis videatur alienum, sed alia multa obseruabis veteribus fuisse in deliciis, quæ tui non erunt stomachi. Cæterum linguæ Latinæ inopia loci huius interpretationem reddit paulo difficiliorem. Nam nec nomen habet quod respondeat huic Græco στώοφρυς, nec quod illi μισόφρυον, quod & μετώπιον appellatur. Cui tamen inopiæ mederi conatus sum, dum hunc locum verterem: id autem assecutus sim, necne, tuum esto, lector, iudicium. vnum hoc addo, si ea quibus vsus sum verba tollas, vix te quæ in eorum locum reponas, habiturum.

Ἄμα γλαυκὼπιδι Ἀθήνῃ, Ἅμα δ' ὑχρὸν, ὡς Κυθήρης. Tritum est γλαυκῶπις Ἀθήνη, Homericum. Quod autem ad ὑχρὸν attinet, verti Pætum, illum secutus versum, qui est inter antiqua diuersorum auctorum epigrammata, Minerua flauo lumine est, Venus pæto. Pollux hæc coniungit, βλέμμα ὑχρὸν, γλυκὺ, αὐστηρόν.

Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ. Verti, colla læuia, secutus hos versus, ex lib. 7 Græc. Epigrammatum,

-ὅτε σοῦ τὸ πρόσωπον ἀπῆλθε Κάνου τὸ τῆς λύγδου βάσκανε λευότερον. Quo in libro etiam hoc carmen habes, Δαρὴ λυγδινίη ἐ γὴ παμφερμάρου τος Esse autem λύγδον marmoris genus, cum ex aliis tum ex Philostrato patet, qui in procœmio εἰκόνων dicit, ξέοντες τὴν λυγδίνην ἢ τὴν παρίαν λίθον, vbi vulgo legitur παρίαν, sed perperam. Id autem marmor quum non solum læuitate, sed etiam candore commendetur, si cui magis placet, Colla candida, interpretari, per me licet, nec repugnat ipsa versus mensura.

Ὑποπορφύροισι πίωλοις. Non legendum est ὑπὸ πορφύροισι duobus verbis, sed vt excusum est, ὑποπορφύροισι. Sic in quondam epigr Διονυσίκου σοφιστοῦ habes, Εἴης ῥόδον ἠμὶ μέλι ὑποπόρφυρον.

Τὸν ἰταῦρον, ὡς διδάσκω. Sic apud Theocritum intelligitur hoc nomen, eidyllio 28, ἁπλοΐα εἶχεν ἰταῦρον.

Λιπαρὰς κόμας ποίησον. Nitidas comas expossui, Horatium secutus. sic & apud Synesium, ἀεὶ δὲ λιπαροὶ κεφαλὰς καὶ κεφαλὰ σεσώπασι, vel potius κεφαλοί. Aristophanes, λιπαρὸς χρῶν ἐκ βαλανείου. & Sophocles quum incultum, horridum & squalidum capillum significare vellet, ἀλίπαρῆ τρίχα dixit.

Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἠλιῶσας. Habes & apud Philostratum ἠλιῶσαι κόμην Est autem ἠλιάζεσθαι κόμη siue ἠλιώδης, quam Homerus ξανθὴν appellat, vt, ξανθῆς δὲ κόμης ἔλε Πηλείωνα. Idē ξανθὸν Μενέλαον vocat, id est ξανθότριχα. Huiusmodi cæsariem χρυσῆν etiam

nominant: vnde & χρυσοχαίτας ἔρως apud hunc. sic & apud Latinos aurea coma: vnde & Auricomus. Quod autem dicit, Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιώσας, conferri debet cum illis Ouidii versibus, quibus describit amicæ suæ capillos:

Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis:
Sed quamuis neuter, mixtus vterque color.

Præterea Porphyrio vir doctissimus exponens hunc Horatii versum, Myrrheum nodo cohibere crinem, ait, Colorem myrrheum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flauum & nigrum. Hæc ille sic in quodam incerti auctoris epigrammate, Εἴτε σε κυανέησιν ὑποσίλβουσιν ἐθείραις, Εἴτε πάλιν ξανθαῖς εἴδος ἄναντα κόμαις Comæ autem ξανθαὶ, flauæ, vel χρυσαῖ, aureæ: vel ἠλιώδεις sive ἠλιῶσαι, soli concolores, eædem sunt.

Ἄφες ὡς θέλουσι κεῖνας. Legitur & θέλωσι. & tunc subauditur αὐτὰς, vt sit ὡς αὐτὰς θέλωσιν.

Ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες. Metaphora hæc qua roscidum pro tenero ponitur, melius sonaret Gallicis auribus, quam Latinis. Antipater eodem modo ὑδατίνους βραχίονας dixit. A Grammaticis tamen δροσώδης siue εἰρησίεις exponitur καλὸς, petita, vt aiunt, metaphora ἀπὸ τῶν δεδροσισμένων αὐτῶν· ταῦτα γὰρ καλλίονα φαίνεται. Pro quibus facere videtur ille Theocriti versus, Καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τᾶλος, ὡς ῥόδον ἔρσᾳ. sed haud scio an possit hic habere locum hæc interpretatio.

Στεφίτω μίτωπον ὀφρῦς Κυανωτέρη δρακόντων. Homerus, Ἡ δὲ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κελαινῇσιν. id est μελαίναις, vt vulgo exponunt. A Theocrito quoque κυανόφρυς puella eodem modo appellatur. Et in alio Homeri loco qui est Ιλ. λ, Κυανέοις δὲ δράκουσι ὁμαρτήσαντο ποσὶ δεινοῖσι Τρῶες ἐκπέρθ' ἑλόντες ἰοειδέσιν ἰοκήτες, admonet Eustathius non hoc dici ἀφὸ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ ἀφὸ τὸ ἐπικυρτοῦσθαι τὰς αὐχένας κατὰ ἕλικα κυκλικὴν καμπήν. & exponens illa verba quę sequuntur paulo post, Τῶ δ' ἅτε δέκα οἱμῳὲ ἔσαν μέλανι κυανέοιο, ait, Κύανος εἶδός τι χρώματος μέλανος, ἐξ οὗ τὸ κυανοῦν. διοδοτον δὲ καὶ τὸ χρῶμα τῶν ἑρπετῶν αὐαλεόμενος τὰς φυσικὰς, ἁπλοϊκὰ ἐστὶ πάντα αὐτὰ φιλῶ. Latini cæruleum draconem vocant. A Propertio apellatur quidam fucus cæruleus & forma cærula his versibus,

An si caruleo quadam sua tempora fuco
Tinxerit, idcirco carnia forma bona est?

Ex his omnibus iudica quæ magis huic loco conueniat interpretatio.

ὃν Ἵνα δὴς τὸ μὲν φοβεῖται. Dicitur τὸ μὲν, τὸ δὲ, vt τὰ μὲν, τὰ δὲ,

pro partim quidem, partim vero. Nec admittit versus aliam lectionem. nam si legas τῶ δ' ἀπ' ἐλπίδος, non stabit.

Ῥοδινὸν δ' ὀποῖα μῆλον Χνοΐῳ ποίει παρειὰν. Vel, πλὴν χνοΐῳ παρειὰν ποίᾳ ῥοδινὸν ὀποῖα μῆλον. vel, χνοΐῳ ὀποῖα μῆλον. Illud quodammodo ἄκυρον: hoc autem, propter inuersum vocabulorum ordinem, duriusculum videtur. sed elegans est alioqui metaphora: vt apud Aristophanem, Τοῖς αὐδείοισι φρόσον ὃς καὶ μήλοισιν ἐπλώϊει. Lanuginem poetæ quoq; Latini appellant. & vt ἐπλώϊει dictum hic vides, ita florem vocat hoc versu Virgil.

Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta.

sed per μῆλον hic intellige Cydonium malum: vt apud eundem poetam, vbi ait, Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Ibycus κυδωνίας μηλίδας vocat. Hinc & factum verbum κυδωννεῦν a Leonide.

Ἐρώτημα δ' ὡς αὖ αὐδοὺς Δώασιν βαλεῖν, ποίησον. Hic ὡς pro ὅσον, quod nouum non est: nam Grammatici & in hoc versu, καὶ κρίας ὥς οἱ χεῖρες ἐχανδάνουν, exponunt ὡς αὐτὰ ἦν ὅσον. Ad hunc locum autem pertinet quod respondit Pythias, rogata, quis esset color pulcherrimus, Is, inquit, quem in ingenuis gignit pudor.

Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρήλθον, Ἐλεφαίντινος τ' ἀχλύς. Prior versus per parenthesin ponitur: in posteriori repeti debet verbū ἦσαν.

Μεσομάζιον δὲ πάσει Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμᾶ. Homerus Ιλ. ε, quum ait, Ἀλλ' ἔβαλε στῆθος μεσομάζιον, eam pectoris partem intelligit quæ vtrinque mamma cingitur. nam μεσομάζιον dicitur τὸ μεσοξὺ τῶν μαζῶν, vt μεσαίχμιον, τὸ μεσοξὺ τῶν αἰχμῶν. Hic autem accipio μεσομάζιον pro toto pectore, quod Arist. διφυὲς τοῖς μαστοῖς appellat: quos in pectore collocatos esse his tantum tribus aiunt nonnulli, homini, elephanti, vespertilioni. Quod autem attinet ad χεῖρας Ἑρμᾶ, habes hæc verba apud Pollucem, lib. 7, Τὸ δὲ ἑρμαϊκὸν καλεῖ δ' ἕκαλυφθον ἐξαρτῶντες τὸ γυναικεῖον, ἑρμῆν ἐκάλεσαν· ἔστι δὲ οὐκ ἔνυλα πεποιημένον κιόνιον, χεῖρας Ἑρμοῦ πεφασμένας ἔχον, ᾧ γέροντος ἐπλῶ πώγωνον· ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα. Quo loco legunt alii πεφασμένους. Puto autem dici διδύμας χεῖρας vt dicuntur δίδυμοι ὄρχεις. scio & ab alio scriptore fieri mentionem τῶν χερῶν Ἑρμοῦ, sed non succurrit locus.

Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων. Hæc ἐπαναίλημψις elegans quidem est, sed anapæstum postulat carmen in hac prima sede: quam legem in tota hac ode, sicut & in aliis multis seruauit. quare sunt qui hic legant μηρῶν.

Αἱ μῶσαι τὸν ἔρωτα. Omnes versus huius odes sunt δακτυλικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι, qualis est ille, Ἀτρεΐδαί τε καὶ ἄλλοι. Hephæ-

ſtion autem ait Anacreontem integras odas compoſuiſſe etiam dactylico tetrametro, cuiusmodi eſt hic, Ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοΐ.

61 Ἄφες με τὰς θεούσας. Corruptus eſt hic verſus: ita tamen vt aliquis poſſit ex eo ſenſus erui, ſi τὸν θεὸν legatur & σὺ, ſed non ſatis commodus ille quidem. Tota reliqua ode eſt emendatiſſima. nec mihi reprehendat quisquam hunc verſum, Ἐμμένετ' Ἀλκμᾶνι τε, quod corripiatur ſyllaba διφθογγοκαφθμῆν. niſi idem Timoclis Comici poetæ hunc iambicum ſenarium oppugnet, Ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς, Ἀλκμᾶνι' ἐσκέψατο. & hunc quoque verſum, quem Suetonius in Neronem iactatum fuiſſe ſcribit,

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμᾶνι, μητροκτόνοι.

Θέλω θέλω μανῆναι. Imitatus eſt Horatius lib. 2 Carm. vbi ait, quem Venus arbitrum Dicet bibendi? nō ego ſanius Bacchabor Edonis. recepto Dulce mihi furere eſt amico Et lib 3. Inſanire iuuat: cur Berecynthiæ Ceſſant flamina tibiæ? Hos quoque noſtri poetæ verſus, Ἐμὲ μᾶλλον ὡς ἔπι ζῶ, Μύεσσιν ῥόδοις δὲ κρῆσσι Πύκασον· κάλει δ' ἑταίρους, ex ipſo Horatio ſum interpretatus. Sed & quod noſter ait, Ἀποξίπτονται μέλεμναι, Πολυφεγγὲς πτερωταὶ Ἐς ἁλικτύπους ἀήτας & alibi, ſiquidem & hæc ode eius eſt, Ἐμῶν φρενῶν μὴ αὔρας Φέρειν ἔδωκε λύπας. ille ſic, Triſtitiam & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis. Sed illa leuiora videri poſſint: hæc vero maioris ſunt momenti, in quibus apertius imitatur vel potius interpretatur noſtrum poetam. vt lib. 3. de Lyde amica, Quæ velut latis equa trima campis Ludit exultim, metuitque tangi, Nuptiarum expers, & adhuc proteruo Cruda marito. Anacreon, Πῶλε θρηϊκίη, τί δή με λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα, Νηλεῶς φεύγεις, δοκέουσα δ', &c. Paulo poſt, Νεῦ δὲ λειμωνιάς τε βόσκειν, Κοσφά τε σκιρτῶντα παίζειν. Horatius lib. 1. Vitas hinnuleo me ſimilis Chloe, Quærenti pauidam montibus auiis Matrem, non ſine vano Aurarum & ſiluæ metu.

Anacreon Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα μαλθηκὸν, ὅστ' ἐν ὕλῃ κεχηρεώσης δρυμοῦ ἀποληιφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Idem Horatius eodem libro, Natis in vſum lætitiæ ſcyphis, pugnare Thracum eſt. tollite barbarum Morem, &c. Anacreon, Ἄγε δῶτε, μηκέθ' ὕστερον Παίζωμέν τε καλαληπτοὶ Σκυθικοῦ πόσιος πάρ' οἶνον Μελετῶμεν, ἀλλὰ κηλοῖς Ὑποπίνοντες ὑμνοις. niſi mendum hic eſt. Cæterum vel ex his æſtimare poſſumus quam multa ex noſtro poeta mutuatus ſit Horatius: quæ paterent omnibus, ſi quemadmodum huius, ita & illius

illius opera extarent, quanquam ſatis notum eſt plura hunc ex Alcæo, quam ex vllo alio tranſcripſiſſe: quod nec ipſe diſſimulat. Videamus ergo & carminum huius aliquot particulas, quas ſuis odis Horatius aſſuit Alcæus, Ὑμῖν ὁ Ζεὺς, σὺ δ' ὠφρυοδίμεας χειμῶν' ἐπάγασιν· δ' ὐδάτων ῥοαί. Καββαλὲ τὸν χάμων', ἐπὶ μὲν πιθεὶς Πῦρ, σὺν δ' ἔγχεα οἶνον ἀφειδέως. Horatius, Vides vt alta ſtet niue candidum Soracte, nec iam ſuſtineant onus ſyluæ laborantes: geluq; flumina conſtiterint acuto Diſſolue frigus, ligna ſuper foco Large reponens: atque benignius Deprome quadrimum Sabina O Thaliarche merum diota. Vides vt hic Horatius non imitetur Alcæum, ſed ita eum interpretetur, vt verbum verbo reddat. Alcæus, Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καὶ πινάκεσσι βίαν πίνειν. Horatius, Nunc eſt bibendum: nunc pede libero pulſanda tellus. Alcæus, Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρόσθεν δένδρον ἀμπέλου. Horatius, nullam Vare ſacra vite prius ſeueris arborem Circa mite ſolum Tyburis & mœnia Catili.

Alcæus. Τέγξει νεὐμήνας οἶνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον πρὸς τέλος ἤδη. Ἀ δ' ὥρα χαλεπά. πάντα δὲ δίψαι κατὰ καύματος Horatius, ad pocula Mecœnatem inuitans iam Procyon furit, Et ſtella veſani leonis, Sole dies referente ſiccos. ſed hæc certe ſunt pauca ex multis, quæ afferre poſſemus, ſi ex pleno fonte haurire liceret. nam ſi hæc omnia ἀποσπασμάτια inter Horatii odas latere deprehendimus, quid ſi corpus integrum huius Græci poetæ extaret? Certe quod ad odam illam attinet, Vides vt alta ſtet niue candidum Soracte, non puto principium tantum eius ſumptum ex Alcæo, ſed totam eius eſſe odam. nam & quæ proxime hanc ſequitur, eius eſſe conſtat: nimirum illam, Mercuri facunde nepos Atlantis, &c. Sunt aliæ odæ in quibus Alcæum non quidem per omnia ſecutus videtur, ſed diſperſe aliqua eius dicta collocaſſe. quarum etiam illa eſt, ad Teſtam, O nate mecum conſule Manlio. in hac enim, cum in aliis aliquot verſibus videtur expreſſiſſe quædam Alcæi, tum in vltimis his, Te (ô Teſta) viuæ producent lucernæ, Dum rediens fugat Aſtra Phœbus, videri poſſit alluſiſſe ad hæc illius verba, Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν· δάκτυλον ἀμείρει. Quid autem ſibi velit in hoc verſu, δάκτυλον ἀμείρει, (quæ verba nonnulli mendoſa exiſtimant) apparet ex quodam incerti auctoris epigrammate, cuius initium eſt, Πῖνε Ἀσκληπιάδη, τί τὰ δάκρυα τοῦτα, τί πάσχεις ſic autem clauditur. Πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα· δάκτυλος ἀώς. Ἢ πάλι κοιμιζὴν λύχνον ἐδεῖν μόμος; Videtur aūt auctor verbis Alcæi voluiſſe ſuum epigr.

claudere. non legens, πὶ τὸν λύχνον σβέννυμϑι, ſed πὶ τὸν λύχνον ἀμμϑόμϑι pro ἀναμμϑόμϑι, quam lectionem habes etiam alicubi apud Athenæum. Si tamen Horatius alluſit ad hunc Alcæi verſum, σβέννυμϑι legit. Et de hoc quidem loco hactenus. Videtur autem & in illa ode, cuius initium eſt, O nauis referent in mare te noui Fluctus, imitatus Alcæum, ex quo extant nonnulla eodem modo ἀλληγορούμενα. Plena autem fuiſſe huiusmodi allegoriis eius carmina teſtantur veteres ſcriptores. quum enim ille aperte inuehi in tyrannos non auderet, obſcure loquebatur. Ex Pindaro quoque nonnulla mutuatus eſt Horatius, vt hoc odes initium, Quem virum aut heroa lyra vel acri Tibia ſumes celebrare Clio. Sic enim Pindarus, Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομϑ. Denique Horatius multa ex iis quos nominauimus poetis aliisque aperte transfert: quę autem aliunde ita mutuatur, vt ſua tamen velit videri, ea ita in varias formas commutat, vt vix ab eo cuius ſunt, ſi adſit, agnoſci poſſint & hoc eſt honeſte furari. nam non eſſe turpe ex antiquo ſcriptore furari, docuerunt nos ſuo exemplo ipſi Græci, quorum furta memoriæ prodita ſunt quamplurima. Ipſe enim Homerus ex Orpheo & Muſæo multa furatus eſt: ex Homero viciſſim poſteri fere omnes multo plura. Quid poetæ tragici? Euripides multa non Homero tantum, ſed & aliis compilauit qui Homeri ætatem ſecuti ſunt. Sophocles rurſus haud pauca Euripidi. Sed nec ipſi comici alii ab aliorum ſcriptis manus abſtinuerunt. Ita igitur furari turpe non eſt: ſed furti conuinci, hoc vero longe eſt turpiſſimum. Nam & apud Lacedæmonios, qui caute furari potuerat, impunitus abibat: qui in furto deprehenſus erat, loris cædebatur. Nec iniuria, meo quidem iudicio. nam, Quam quisque nouit artem, in hac ſe exerceat. At qui in furto deprehenditur, imperitus eſt artis quam profitetur.

Πιεῖν πιεῖν ἀμυνεῖ. Athenæus nos docet apud multos veterum priorem ſyllabam τὸ πιεῖν & produci & corripi ſolitam.

62 Τί φὴς ἀεὶ κηρωϑείς. Corruptus eſt hic verſus, in quo ſi κηρωϑεὶς legas, erit hoc quidem verbum aduerſus menſuram aptius: ſed ad ſenſum poetæ non ſatis accommodatum. qui quid voluerit, manifeſtum eſt ex verſu ſequenti: quæ tamen eius verba fuerint, diuinare non facile eſt.

Ἢ Νεῖλον ἢ τὸ Μέμφιν. Suſpectus non debet eſſe cuiquam hic locus. nam ſic alibi, Τί γάρ με δεῖ πέτεσϑ' Ὄρη τε καὶ τ' ἀγρούς. Sic & poetæ Latini nonnunquã prępoſitionũ ordinem inuertunt.

63 Ὅσσα

63 Ὅσσα κρὶν στεφανοῦσιν Ὅσσα περίπυ τὰ λευκὰ Ῥόδια κρίνα πολυκέντα. Sic Ouidius, Quale roſæ fulgent inter ſua lilia mixtæ. Quemadmodum autem hic noſter poeta ex corollis probat canorum ſuorum colorem non aſpernandum, ita & nigrum colorem ex iisdem commendat quidam paſtor apud Theocritum, his verſibus Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐσσί, καὶ ἁ χαρίεσσα ὑάκινϑος· Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφανοῖς τὰ πρῶτα λέγειϑ'.

Ἀπαλὸν πόμα λυαίῳ. Mirum eſt non ſolum hic, ſed & in ſequentibus bis in eadem oda repeti hanc dictionem, in illis verſibus, Τὸ μὲν οὖν πόμα κεραῦνιον, &, Τὸ μὲν οὖν πόμα λάβωμϑ. Qui poſſit ex hoc verbo πόμα fieri iambus, non video: ποτὸν autem aptius eſſet, ſed non videtur ita leniter cadere.

64 Καρποῖσι γαῖα πεφύκοι. Videtur poſtulare verſus vt legatur καρποῖς. niſi & hoc diuerſum eſt carmen a cæteris.

Ὁ μὲν θέλων μάχεσϑ, Παρέστω καὶ μαχέσϑω. Hephæſtion citans hos duos verſus, legit. πάρεστι γὰρ. μαχέσϑω. vt habemus, ſenſus eſt facilior: ſed non ſtat verſus. vt legit ille, verſus eſt integer, ſed hærebimus in ſenſu, niſi forte πάρεστι γὰρ, per parentheſin dictum ſit, pro ἔξεστι γάρ· vt ſit, ſi quis pugnare vult, pugnet: per me licet. non eum teneo, vt Virgilius loquitur. Sic alibi dixit, Ὄσσοις, ἐγὼ δὲ πίνω. Et quidam alius in hunc ſenſum. Δός μοι πιεῖν, μάχαι δ' ἄλλοισι καὶ πόνος Μέλοι, Tibullus quoque in quadam elegia ſic ludit, Vt mihi potanti poſſit ſua dicere facta Miles, & in menſa pingere caſtra mero.

Σειλλὸν ἐν μέσοισι. Videtur deeſſe δὲ patticula, ſed lex verſus fortaſſe eam excluſit.

Λιγαίνειν ἄρχεται μούσας. Dimeter eſt acatalectus ſiue acatalecticus: cuiusmodi alios reperies alibi.

Βότρυς μέλπει χαλεπούς. Non hic tantum μέλπω correptam habet priorem ſyllabam: ſed & in illo verſu, Μέλπομαι ῥόδον ϑερεινὸν, & in illo, Μέλπομαι βρύοντα μίτρας, vterque enim verſus eſt iambicus dimeter catalecticus.

Ἔρως πολ' ἐν ῥόδοισιν. Antea vidimus vt nonnulli integras odas ex hoc poeta in ſua epigrammata tranſcripſerint: vide vt ipſe etiam Theocritus ex hac ſuum Ἔρωτα κηπιοκλέπτην fecerit. ſic enim ille,

Τὸν κλέπτοντα ποτ' Ἔρωτα κηπὼ κέντεσε μέλισσα,
Κηρὸν ὀνὼ σιμῶλον συλεύμενον· ἄκρα δ' ὑπ' ἄκραν χεῖρα
Δάκτυλα πὰν θ' ὑπένυξεν· ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύσατι,
Καὶ τὴν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἄλατο· τῷ δ' Ἀφροδίτα

Δῆξεν τὸν ὀδωῶν, κὴ μέμφετο ὅτι γε τυτθὸν
Θηρίον ὢν τὰ μέλισσα, κὴ ἀλίγῳ τεῴμασι ποιεῖ.
Χ' ἁμοῖτης γελάσειε. τί δ' οὐκ ἴσος ἐστὶ μελίσσαις;
Χ' ὢ τυτθὸς μὲν ἐκὼν, τὰ δὲ τεῴματα ἀλίγα ποιεῖς;

Quæ nos sic vertimus, vt cum Latina Anacreontis oda conferentur.

Improba apis quondam furem confixit Amorem,
Dum rapit ille fauos aluearibus: articulosque
Vndique perstrinxit summos. dolet ille, manumque
Exsufflans, pede pulsat humum: lasumque parenti
Ostendit digitum. & queritur quod tantula visu
Bestia quum sit apis, tantum det acumine vulnus.
Cui tum subridens mater, Quid? non apis & tu
Es similis, qui tantillus das vulnera tanta?

65 Πονεῖ τὸ ῥοῖ μελίσσας. Dorice. libenter autem implicat articulos hoc modo poeta, vt in illis versibus, Ὁ αὐὴρ ὁ τῆς Κυθήρης Τὰ βέλη τὰ τῶν ἐρώτων. & alibi, Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον Τὸν τὸ κακὸν λυπῶν. Illic item, Τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων, multisque aliis in locis. Habent enim magnã venustatem in his versibus huiusmodi articuli: at multa sunt carminum genera, quibus adhibiti, aures offenderent.

Ἀναμέλψωμεν ϗ βάκχον. Propter versum ω in ο mutatum videtur, quod apud Homerum nouum non est.

66 Ταὶς ϗ Φρυνίσκας μεθύωμεν. Ex hoc aut ex simili loco est illud Μακεδονίς ὑπάτευε, Τῶν γὰρ Ἀνακρέοντος ἐν παρθενίοισι φυλάσσω Παρθασίῳ, ὅτι δεῖ Φρυνίδα μὴ κατέχειν.

Ὀδυρωμένας μεμέμναις. Recte ὀδυρωμένῳ nam non ὀδύρεσθαι solum, sed & ὀδυρέσθαι est in vsu.

Ὑπὸ βαρβίτῳ χρεών. Post hũc versum videtur aliquid deesse.

Ὀλίγην δρόσον πεπωκώς. quod hic πίνειν. Theocritus σπίζειν dicit, eidyll. 4, μὴ παρῶκις σπίζεται ὥς τε τέττιξ; & Virg. Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ. Plinius dicit eas ore carere, sed quiddam aculeatum habere in pectore, quo rorem lambunt.

Βασιλεὺς ὅπως ἀηδὼν. Verti, regina: quod cicada nomen fœmininum sit. aiunt tamen cantare solum marem, tacere fœminam. vnde reprehendens mulierum loquacitatem Xenarchus comicus, dixit, Εἶτ' ἐστὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες, Ὧν τὰς γυναῖκας ἔστ' ἀποιῶ φωνῆς ἔνι. Sed hic generalius locutum poetam nostrum existimare debemus.

Χ' ὀπό-

Χ' ὀπόσα φέρουσιν ὧραι. Antea admonui literam φ nonnunquam præcedentem syllabam producere.

Τὸ γῆρας ἄ σε τείρει. Hoc fortasse dixit, quia, vt inquit Lucretius, veteres ponunt tunicas.

68 χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι, χαλεπὸν δὲ κὴ φιλῆσαι. Videtur huc pertinere illud distichum, Εἰ μισεῖν πόνος ἐστὶ, φιλεῖν πόνος, ἐκ δύο λοιπὸν Αἱρεσίμου χρηστὸς ἔλκος ἔχειν ὀδυνῆς.

Γένος ἀδὲν εἰς ἔρωτα. Propertius, Nil tibi nobilitas poterit conducere amanti.

Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν. Eleganter idem, Cynthia nõ sequitur fasces, nec curat honores Semper amatorũ ponderat illa sinus.

Ἀπόλοιτο παρῶτος αὐτὸς Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας.

Quomodo ἀπόλοιτο, si iam olim ἀπώλετο? Nimirum hoc ita dicitur vt a Propertio, Illi sub terris fiant mala multa puellæ, Quæ, &c.

Διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφός. Timocreon Rhodius initio cuiusdam scolii, Ὠφελες ὦ τυφλὲ πλοῦτε Μήτ' ὀνηῆ, μήτ' ὀνησιπόλει, Μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανεῖσα, Ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν Κἀχέροντα· Διά σε γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά.

Τὸ ϗ χρῆμα, ἐλκύμεσθα Διὰ τοῦτο οἱ φιλοῦντες. Quia argenti cupiditas facit vt venales sint amicæ,

69 Ὁ τὸν ἐν πότοις ἀτήρη, Νέον ἐν πότοις ἀπείρῃ. Legitur & sic, Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτήρη, Νέον ἐν πόθοις ἀπείρῃ.

Πότον ἄσιτον κομίζων. Ita malim quam πόθον· vt πότον ἄοινον intelligamus λαδικηδέα οἶνον, vt Alcæus dixit: & vt Homerus φάρμακον quoddam νηπενθὲς vocauit.

Ἄρα τὶς ὕπνῳ λάθοι. Quidam putant legendũ hic ἐγλάσατο.

70 Χ' ὅσα μὴ θέμις ὀρᾶσθαι, Μόνα κύμβῳ συγκαλύπτει Melius fortasse, propter versum, Ὅσα μὴ θέμις σ' ὀρᾶσθαι. Sic autem in quodam epigrammate Δημοκρίτου, quod est eiusdem argumenti, Σπέρνα μόνον φαίνουσι, τὰ δὲ θέμις.

Ἀλαλημένη σ' ἐπ' αὐτῷ. Nullum sensum ex his verbis possum eruere: propterea crediderim legendũ, ἀλαλημένον σ' ἐπ' ἀκτῇ.

Ταλάργεις φέροντες ὕδρεις. Melius φέρουσιν.

Ἐρατὸς νέος ἐλυθείς. Quum nec stet versus, nec sensus reperiatur, malim legere μεθυθείς Nam dixit, Ὅν ὅταν πίνῃ γεραιός. Nunc ἐκ τοῦ νέος idem dicit, sed aliis verbis.

Σωστρεῖ αὔξει μέλπει. Quidam putant hic legendum, σωίτυρος σ' αὔξει μολπαῖς. Latere certe hic suspicor magnum aliquod mendum.

Χαίρουσιν τ' ἄγκαλμ' ἐν ὥραις Πολυανθέων ἐρώτων. Confer hunc locum cum illo, Ῥόδα πᾶς ὁ τῆς Κυθήρης Στέφεται καλοῖς ἐέλοις Χαρίτεσσι συγχορεύων.

Γλυκὺ κἠ ποιοῦπα πεῖραν Εν ἀκανθίναις ἀπειρεῖς. Puto hic legendum, Γλυκὺ κἠ ποθοῦπα πεῖραν. nam & parua est mutatio literarum, & sensus est, meo quidem iudicio, elegantissimus: quem ego ita expressi, hunc locum vertens, Est grata colligenti, Spineta vt ante pungant, Viæque senticosæ. Vtor autem hic particula vt, pro quamuis. Nec vero de verbo πεῖραν quisquam dubitet, nam ita dixit ante, Τρηχάων δ' ἄπειρεν ὕδρος.

72 Ωστοφῷ τὸ δ' αὐτὸ περπόν. Vide num legendum ὁ ἐφῷ, quod verbum pro tota etiam domo vsurpatur. vnde ὑπαωρφίοι.

Κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεύς. Legitur &, Κορυφῆς ἔδειξεν ὁ Ζεύς.

Ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμίλουν Εσπερῶν, πάρεσαν ἦκα. Suspicor ita scripsisse poetam, Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον Εσπερῶ. πάρεσαν ἦβα. vt antea dixit, Τρίχας γέρων μὴ ἔστι, Ταὶς δὲ φρένας νεάζῃ.

Παρῴδος, θέλω σε φιλεῖν. Nõ dubito quin hic legendũ sit, Ῥόδα δός.

73 Φερέτω ροιαὶ ἀπ' ὀπώρης. Legere potes & ῥοιά. sed & ροιαὶ potest ferri, vt vidimus antea ποῶ scribere malunt: sed nihil necesse. nisi & pro θιαῶπα apud Theocritum, prima breui, scribere velimus τοιῶπα, idemque in cæteris facere, quod ego certe non probarim.

Εν ἰχάοις μὲ ἵππαοι. Suspicor νόθον esse hoc ἀδάεμον.

HÆC fere sunt quæ αὐτοχεδίως a nobis obseruata, rudioribus non ingrata fore existimauimus. Alia quidem præterea examinanda & castiganda restant, sed consulto a nobis prætermissa, quia de illis amplius deliberandum censemus. Quod autem ad versus attinet quibus vsus est noster poeta, animaduertendum est duo esse eius odarum genera. Vnum enim genus est earum quæ sunt μονοειδεῖς, &, vt ita dicam, simplices: in quibus omnibus iambico dimetro καταληκτικῷ vtitur: (quod carmen αὐτοκρατόντιον appellatur) præterquam in duabus, quarum altera constat tota versibus δακτυλικοῖς τριμέτροις ἀκαταλήκτοις, illa videlicet cuius initium est, Αἰ μοῦσαι τὸν ἔρωτα. Altera autem versibus trochaicis, partim ἀκαταλήκτοις, partim etiam καταληκτικοῖς. nimirum illa cuius primus est versus, Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή μοι. Alterum genus est earum quæ sunt mixtæ ex diuersis versibus, puta iambicis, dimetris καταληκτικοῖς & ἀκαταλήκτοις, item ex choriambicis, anapæsticis, dactylicis, aliisque, quos ex variis

riis συζυγίαις, sed ἰσοδυναμούσαις constituit. Ex Alcæi autem versibus quos hic habes, alii similes sunt Horatianis illis,

Qualem ministrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnum in aues vagas, &c.

Alii autem similes illis,

Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem
Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili.

Ode autem Sapphus constat versibus illis qui apud Horatium etiam Sapphici nominantur, & Adonio. hoc tantum interest, quod Horatius in secunda sede solo vtatur spondeo: at illa modo spondeum, modo trochæum admittat. Hic autem versus, Μή μ' ἄτεισι, μηδ' αὐΐαισι δάμνα, nemini suspectus esse debet. nam quamuis ᾰ̔τη longum habeat α apud Homerum, tamen hic corripitur: estque trochæus in prima sede huius versus, vt & in aliis. quidam enim antiquus Grammaticus docens apud Æoles nonnunquam α licenter corripi, hunc versum citat. Sed ille certe versus, Κ' ὄπι γ' ἐμεῦ μάλις' ἐθέλω χυείσας, merito suspectus esse potest: nam non caret mendo.

reliqua bene habent.

NOBI

NOBILISSIMO, AMPLISSIMOQVE

VIRO,

D. CAROLO NVTZELLIO

SAPIENTISSIMO

INCLYTÆ NORIMBERGENSIS

REIPVB. SENATORI,

Præstantissimo Musarum Patrono,

